¶ Improbat dictam positionem q2 cum hoc q̄ erat irrationabilis erat incompleta et insufficiens. ideo ait q̄ si sic est q̄ fortuna sit in supercelestib^9^ et non in inferioribus cum h ipsum videatur irrationale et dubium dignum est insistere ad declarationem eius et bene se habet aliquid dicere de hoc ipso: et q2 nō fecerūt h ponētes hanc positionē incōplete et insufficienter dixerūt. ¶ Notandum aūt q̄ quotienscunq3 positio aliqua videtur irrationabilis et est dubia si non declarat insufficiēter tradit. ergo predicti philosophi suam positionē tradiderūt insufficienter: quia sumentes dubia eā nō reducebāt ad notū. ¶ Aduertendū tamē q̄ cōmētator textū aliter exponit. dicit enim aliqd dicēdū esse de hoc ipso idest de dicta positione: q2 dicta consideratio nō est propria huic sciētie. ideo diminutiue loquit dicēdum esse aliqd circa ipsa3. ¶ Dubitaret forte aliqs utrū hec ꝯsideratio supexcedat cōsiderationem nālis philosophie. ¶ Dicēdū q̄ in supcelestibus nō esse casum et fortunā dupliciter uenari possumus. Primo ex ordine entiu3. Scdo ex natura mot^9^. prima via sic ostēdit. tot^9^ enim ordo entium deriuat^9^ est a prima causa: et totū vniuersū respicit ipm dnm sicut vnus principat^9^ vnum pncipe3. uel sicut vna domus vnum patrem ut vult phūs. xij. metha. In domo autem aliqua particularia sūt nō solum liberi sed etiā serui et bestie. alia tm̄ est actio liberoru3. alia seruo2. liberi enim nō licētiant nisi ad ea que sunt de regimine dom^9^. seruus aūt et bestie multa inordinate agūt: q2 ergo vniuersū est domus sūmi pncipis corpora supcelestia se habētia q̄si liberi in domo nihil iordinatū patiunt: q2 nihil repit in eis q̄ nō spectat ad regnu3 vniuersi: nihil est ibi a casu nec a fortuna. h aūt via ex ordine entium tradit 12° metha^ce^. et excedit cōsiderationē naturalem. Scda via ad inuestigandū in celestib^9^ nō esse aliqd a casu sumit ex natura mot^9^. eo enim ipso q̄ mot^9^ celi nō habet ꝯtrium et fit a virtute nō organica semp est vniformis et nō accidit ibi aliq inordinatio ppter qd̄ nihil est ibi fortuitu3 nihil casuale. hec autē ratio partim est naturalis partim nō. Nā qualis sit mot^9^ celi cōsiderare pertinet ad naturalem. qualis tamē sit virtus et substātia intelligentiarū semp excedit ꝯsiderationē eius. Dicit ergo hic cōsideratio proprie non esse naturalis philosophie: q2 via ad improbandū eam uel est simplr metaphisica uel nō est pure nālis. et si aliquo mō p ꝯsiderationes pure nāles possem^9^ inuestigare hanc ma3 nō posset forte fieri ita exquisite sicut per cōsiderationes methaphisicas. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Quomodo enim eo qd̄ aliter icōueniens est quod dicitur adhuc inconuenientius dicere hoc: videntes quidem in celo nihil casu fieri. In his aūt que non sunt a fortuna multa ꝯtingere a fortuna et erat merito econtrario fieri.**

¶ Improbat dictam positione3 eo q̄ negabat sensū dicens. quomodo eni3 supple potest stare dicta positio eo q̄ aliter inconueniens est qd̄ dicitur: q2 est irrationabile. et adhuc incōueniens est dicere hoc quia non solum irrationabile sed etiam q2 sic dicētes negant sensum videntes ad sensum in celo nihil fieri a casu. Sed in his que non sunt a fortuna idest in istis inferiorib^9^ que dicebant nō esse a fortuna multa videmus contingere a fortuna. merito ergo erat fieri econtrario. Si enim hec positio ꝯtrio dixissent ut qd̄ posuissent in inferiorib^9^ esse fortunā et nō in celo meli^9^ fecissent. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Sūt aūt qdam qb^9^ videt esse qdem cau**

sa fortuna. Inmanifesta aūt humano intellectui tanq̄ diuinū quoddā ens ⁊ felix. Quare cōsiderādū est qd sit utrūq3: ⁊ si idē aut alterū sit: ⁊ casus ⁊ fortuna: ⁊ quō in determinatas causas incidunt.

¶ Ponit tertiā positionem circa formam ⁊ dicit q̄ sunt quidā quib⁹ videtur fortuna esse causa. Sed dicunt q̄ est inmanifesta humano intellectui tanq̄ aliqd diuinū ⁊ tanq̄ quoddā ens felici⁹ q̄ q̄ possit humano intellectu cōprehēdi: ⁊ q: sic ponebāt isti casū ⁊ fortunā esse incōprehēsibilē ɔsiderandū est an sit sic: q̄re ɔsiderādum est qd sit utrūq3. s. casus ⁊ fortuna. ⁊ si casus ⁊ fortuna sit idē aut alterū. ⁊ si alterū quid sint ⁊ differūt adinuicē. Uidendū est quomodo incidūt in determinatas causas. i. videndū est ad qđ gen⁹ causaꝝ reducantur. ¶ Notādum aūt fm quosdā phm nō inquisiuisse de hac opione: q: ut dicūt superexcedit metas nalis philosophie. possum⁹ tamē dicere q̄ hanc positionem hic nō statim iprobat: q: quicqd infra dicet totum erit iprobatio hui⁹ opinois. Cū enim declarabit qd est casus ⁊ qd fortuna apparebit q̄ nō est fortuna ⁊ casus sic quid diuinum ⁊ excedens humanū intellectū ut isti ponebāt. Lectio. VIII.

Primū quidem igitur quoniam videmus alia qdem semp similiter fieri: alia aūt sicut frequēter: manifestū est q̄ neutri horū causa fortuna dicit: neq3 qđ est a fortuna: causa est: neq3 illi⁹ quidem est ex necessitate ⁊ semper: neq3 ei⁹ qđ est sicut frequēter. Sed qm̄ quedā fiūt ⁊ extra hoc: ⁊ omnes dicunt hoc esse a fortuna manifestū q̄ fortuna aliqd sit: ⁊ casus enim a fortuna fieri: ⁊ que a fortuna huiusmodi esse scimus.

¶ Premissis opinionibus circa casum ⁊ fortunā in parte istā determinat ỽitatē circa ea ⁊ tria facit fm q̄ circa casum ⁊ fortunam tria dixerat se determinaturū. dixerat enim se uelle determinare quid sit fortuna ⁊ casus: ⁊ utrū sint idem aut alterū: ⁊ quomodo icidunt in determinatas cās. primo ergo inuestigat quid est casus ⁊ fortuna. secundo ostendit quomodo differunt abinuicē. tertio declarat quomodo incidunt is determinatas causas uel q̄ idē est ostēdit ad qđ gen⁹ causaꝝ reducunt. 2ª ibi [differt aūt quoniā.] 3ª ibi [sed modoꝝ causarū.] Circa pmū tria facit. q: pmo inuestigat quid est casus ⁊ fortuna. 2º ostēdit quomodo aliquo mō opiniones prius de fortuna ɔtinebant aliquā ueritatē. tertio mouet quandā questionē circa ipsam. 2ª ibi [infinitas quidem igit.] 3ª ibi [quare quoniam infinite.] ¶ Ad euidentiā aūt prime partis sciēdū q̄ phus specialiter videtur insistere ad inuestigandū diffinitionē fortune: q: inuestigata diffōne fortune de leui patet quid sit casus. diffinitio eni casus cōtinetur is diffōne fortune sicut diffinitio generis in diffinitione speciei. casus enim ut patebit est q̄si gen⁹ ad fortunā. sciendū autē diffinitionē fortune q̄tuor cōtinere. fortuna enim pmo est in his que fiūt raro. 2º in agētib⁹ propter finē. tertio est in agentibus a proposito. quarto est causa per accidēs. diffinitio ergo fortune hec q̄tuor comprehēdit: q: est causa per accidēs in his que fiūt raro in agētib⁹ ꝓpter finem ⁊ a ꝓposito. Circa primū tria facit. q: primo premittit quasdā diuisiones ex quib⁹ haberi pōt diffinitio fortune. secūdo ex diuisionib⁹ premissis in quadā sūma recolligit ea que sūt de ratione fortune. tertio cōcludit diffinitionē eius. 2ª ibi [sicut dictum est igitur.] 3ª ibi [manifestum itaq3.] Circa primū quatuor facit fm q̄ quatuor diuisiones pmittit ex quib⁹ haberi possunt q̄tuor particule posite in diffōne fortune. 2ª ibi [eoꝝ aūt que fiūt.] 3ª ibi [hoꝝ autē alia.] 4ª ibi [huiusmodi igitur.] ¶ Dicit ergo q̄ primū quidem igit supple diuidēdum est quoniā alia quidem semp videm⁹ fieri similiter idest eodē modo. alia aūt sicut frequenter manū. est autē q̄ neuter hoꝝ fortuna dicitur esse causa neq3 qdē fortuna est causa ei⁹ qđ est ex necessitate ⁊ semper ⁊ neq3 eius qđ est sicut frequēter. Sed quoniā quedā fiunt extra hoc. i. extra frequēter ⁊ semper ⁊ fiunt raro. ideo habet eē fortuna ⁊ casus. ideo subdit q̄ hec que fiūt. s. raro omnes dicūt esse a fortuna: ⁊ q: sic manifestū est q̄ fortuna ⁊ casus aliquid sit cum aliqua sint fortuita ⁊ casualia. Q̄ autē aliqua sint fortuita uel a fortuna patet: q: que sunt huiusmodi idest raro sūt a fortuna: ⁊ que sunt a fortuna scim⁹ esse huiusmodi. i. raro. ¶ Notandū aūt q̄ ex hac diuisione q: quedā sunt semper quedā frequēter quedā raro phs habere vult hāc particulā positā in diffinitione fortune. videlicet q̄ fortuna est in his que sunt raro non in his que sunt semper aut frequēter. ¶ Notandū etiam q̄ ex his que dicta sunt apparet falsam esse opinionem dicentiū fortunam nihil esse: q: si aliqua sunt fortuita ⁊ raro oportet fortunam aliqd esse. ⁊ si fortuna est aliquid casus est aliqd cū fortuna sit quidam casus ⁊ casus sit q. genus ad fortunā. ¶ Notandum etiā q̄ phūs uolēs inuestigare diuersitatem causarū incipit a causatis ut q: causata q̄dam sunt semp quedā frequēter quedā raro: oportet eē diuersitatē in causis: ut q̄ cā quedā sit necessaria q̄dā naturalis quedā casualis ⁊ fortuita. ideo aūt fm ɔ̄m uolēs inuestigare causas incipit a causatis: q: causata apđ nos sunt notiora causis. ¶ Notandū aūt ideo eē quedā semp quedā frequēter quedā raro. ⁊ q: entiū quedam sūt necessaria quedam cōtingentia. contingentia autem quedā sunt ut in pluribus: quedam ut in paucioribꝰ. ex his ergo habet ꝑdicta trimēbris diuisio. Nā necessaria semp fiunt cōtingentia: ut in pluribus fiunt frequēter: contingentia ut in paucioribus fiūt raro. ¶ Dubitaret forte aliquis de differētia mēbroꝝ diuisionis ut de differentia necessarij ad ɔtingēs. Aui. aūt ut cōmen. narrat: distinguit necessariū a contingēti: q: necessariū est id qđ non habet ipedimentū. contingens aūt qđ pōt impediri. Sed hoc fm ɔ̄m nō bene dicitur. Nā illud cui parat impedimētū uł potest nō eē uel nō pōt non esse. si nō pōt nō esse frustra parat ei impedimentū. Si aūt pōt non esse ex hoc habet q̄ possit impediri. ergo preparatio ipedimēti sumit originē ex ipso posse nō esse. Si ergo per se ⁊ essentialiter uolum⁹ distinguere necessarium a contingenti nos est sumēda differētia penes impedimētū ⁊ nō ipedimētū sed penes posse non eē ⁊ nō posse nō esse. differūt eni3 illa ab inuicē: q:

ɔtingēs possibile est nō eē: necessariū vō nō est possibile nō eē. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs cuz sit triplex ɔtigēs. s. sepe: raro: ⁊ ad utrūlibet. utrū circa ɔtingēs ad utrūlibet habeat esse fortuna ⁊ casus. ¶ Dicēdū q̄ ꝑ᷑ narrat Aui. visus est uelle q̄ non solū circa ɔtingēs raro ſʒ ēt circa ɔtingēs ad utrūlibet habet esse casus ⁊ fortuna. uoluit enim Aui. nō esse incōueniēs aliqd esse in maiori parte respectu alterius cause ⁊ esse casuale respectu alteri⁹: ut si ambulatio attribuat᷑ potentie motiue est casualis q꞉ nō est in potētia eius plus mouere q̄ꝫ quiescere. potentia eni motiua ex sui na᷑ nō hēt q̄ moueat uł quiescat nisi ut refert᷑ ad appetitū. Sʒ si hꝰ ambulatio refert᷑ ad appetitū qui facit motū non erit casualis ambulatio. ḡ que respectu potētie motiue ē ad utrūlibet ⁊ casualis igit᷑ circa ɔtingēs ad utrūlibet ɔtingit eē casum. ꝑ᷑ aūt magis ad ṽitatē q̄si ṽi accedere. ostēdit enim tripliciter q̄ circa cōtingēs ad utrūlibet nō hēt eē casus. ꝑ sic. ex hoc enim cōtingūt fortuna ⁊ casus inq̄ꝫtum ex aliqua actiōe ꝓgredit᷑ aliqs effect⁹ inoptinatus ⁊ rarus cui⁹ illa actio nō est per se cā. Nunq̄ꝫ enim habet eē casus ⁊ fortuna nisi habeat fieri aliqua actio. Sed id qđ est ad utrūlibet nō hēt q̄ agat nisi determinet᷑ per aliqđ agēs extra. si enim qđ est ad utrūlibet ſm q̄ huiusmodi ageret nō magis respiciat vnuz oppositoꝝ q̄ꝫ aliđ simul efficeret duo opposita. qđ est incōueniēs. opꝫ ḡ ipm determinari per agens. extra determinatū aūt nō ulteri⁹ est ad utrūlibet. ḡ agēs ad utrūlibet q꞉ ſm q̄ huiusmodi nō hēt q̄ agat ſʒ q̄ huiusmodi nō habet q̄ circa ipm ɔtīgat casus ⁊ fortuna. scđa via ad ostēdendum hoc idē sic accipit᷑: q꞉ potētia ad utrūlibet potissime videtur esse materialis ⁊ entis in potētia ut spera posita in plano eq̄liter ad utrūlibet se habet q̄ moueat᷑ ad utrālibet partē uel dextrā uel sinistraꝫ. passiue enim ⁊ equaliter respicit utruꝫ aꝗꝫ motuꝫ: sed forma ⁊ agēs ſm q̄ huiusmodi sūt nō vident᷑ esse ad utrumlibet quicqd enim agit: ut est in actu: ⁊ ut est in actu iam dicit quid determinatū ⁊ nō ad utrumlibet. causa eni agēs ut causa est: semper determinat᷑ ex actualitate ⁊ forma. si sit causa nālis determinat᷑ ex formali. Si aūt sit cā uolūtaria determinat᷑ ex forma apprehēsa uel ex ordine sapientie sue. q꞉ ḡ casus ⁊ fortuna ut ifra patebit nō reducunt᷑ ad causas nāles sed ad cās agētes circa cōtingens ad utrumlibet q̄ ſm q̄ huiusmodi videtur respicere cāꝫ in potentia ⁊ materialem non agentē. per cām eni agētem ut agēs est nō habet fieri casus ⁊ fortuna: potētia ergo motiua circa quā Aui. uenabat᷑ fortunā ⁊ casuꝫ ut est ad utrumlibet est in potētia ⁊ nō habet q̄ agat propter quod circa ipsam sic acceptam nō accidit casus ⁊ fortuna. tertio q̄ circa tale contingēs nō accidit casus ⁊ fortuna patet ꝑ phm qui uolens determinare de casu ⁊ fortuna distinguit entia in ea que sūt semꝑ frequēter ⁊ raro: nullā mētionē faciēs de his que sunt ad utrūlibet. Nam cā efficiēs ut efficiēs est uel agit semꝑ uel frequenter uel raro. nunq̄ꝫ tamē ut efficiēs est se videtur habere ad utrūlibet. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs utruꝫ uerū sit q̄ hꝰ cōuertantur. s. q̄ que sunt a fortuna ⁊ casu sunt raro: ⁊ que sunt raro sunt a casu ⁊ fortuna. ⁊ videt᷑ q̄ non. multa eni rara contingūt que tamē nō sūt a fortuna: q꞉ nō eueniūt preter intentionē. laborās enim qs ut aliqd acq̄rat: lʒ forte raro illud possidere possit. si tñ illud possident non erit fortuna: q꞉ non erit preter intentionē. Oppositum vult phūs in littera qui ait esse cōuertibilia eē raro ⁊ a fortuna. ¶ Dicēdū q̄ raro ⁊ sepe possunt accipi uel ſm se uel in cōparatione ad cāꝫ. Si accipiantur ſm se nō oportet quecūq̄ꝫ sunt raro esse a fortuna. tūc eni eclipses essent a fortuna si raro cōtingeret. Sed si accipiat᷑ raro per relationē ad cāꝫ ut dicat᷑ esse raro respectu alicui⁹ cāe q̄si cā illa nō habet de se q̄ talem effectū efficiat ⁊ posita tali cā ⁊ nō impedita nō de necessitate sequit᷑ effectus. ⁊ tunc q̄ sic est raro est ꝑter intētionē ⁊ est a fortuna. que enim sunt ſm intētionē agētis lʒ ſm se possunt esse raro sublato tñ impedimento de relatione ad cām nunq̄ꝫ sunt raro. que ḡ ſʒ q̄ huiusmodi per relationē ad cām sunt raro dici pnt eē fortuita qđ determinare uolebamus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eorum autē que fiunt alia propter hec fiunt: alia ṽo non.

¶ Ponit scđam diuisionē ex qua pōt accipi scđa particula in diffōne fortune posita. d. q̄ eorum que fiūt alia q̄dē fiūt ꝑpter hꝰ. i. ꝑpter finē. alia ṽo nō. i. nō fiūt ꝑpter finem. Ex hac aūt diuisio e vult uenari phūs q̄ fortuna est in agētibꝰ ꝑpter finē. nō in agētibus non ꝑpter finem. ¶ Dubitaret forte aliquis q꞉ nō videtur uerū q̄ sint aliqua agentia nō ꝑpter finem: q꞉ omne agēs intendit finē ⁊ qui tollit finē tollit oēꝫ actionē ⁊ oēꝫ itellectū practicū ut vꝫ uelle phūs 2° methaᵉᵉ. ¶ Dicēdū q̄ ad hꝰ rñdet ꝑ᷑ q̄ aliq̄ dicunt᷑ esse nō ꝑpter finē: q꞉ nō hñt finem deliberatū cuiusmodi cōfricatio barbe ⁊ tact⁹ capilloꝝ ɔtingit eni absq̄ꝫ deliberatiōe talia fieri. uel possumus dicere q̄ aliq̄ de se sūt indīa: q꞉ in bonitate moris nec sūt mala nec sūt bona. cuiusmodi est eleuatio festuce uel qđcūq̄ꝫ aliud siꝰe. ¶ Aduertēdū tñ q̄ lʒ ɔfricatio barbe uel tact⁹ capilloꝝ nō hēant finē deliberatū. hñt tñ finē imaginatū: q꞉ lʒ fiant sine deliberatione nō tñ fiūt sine imaginatiōe. sicut ēt eleuatio festuce: lʒ forte de se sit idifferēs ex pte tamē agētis ordinatur in finē. Nullus eni festucaꝫ eleuat nisi itēdat finē deliberatū uł imaginatū. Cū ergo dī aliq̄ fieri nō ꝑꝑ finē intelligēdū est: q꞉ non hñt fineꝫ deliberatuū: uł q꞉ de se sunt indīa. ⁊ si ordinant᷑ in finē hoc est ex parte agētis non de se. Sed ad intētionē phi oīno videt᷑ ire dicamus aliqua ⁊ nō esse ꝑpter finem: q꞉ non habēt finem per se uel deliberatum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Horum autem alia q̄dem ſm propositum fiunt: alia ṽo non. Ambo autem sūt in his que sunt propter hoc.

¶ Ponit ternā diuisionez ex qua pōt hēri tertia particula in diffōne fortune posita ⁊ duo facit: q꞉ ꝑ facit qđ dictuz est. 2° cōcludit tres ꝑdictas diuisiōes se habē p ordinē ibi, q̄re manifestū. Dicit ḡ q̄ hoꝝ que sūt ꝑꝑ finē alia sūt ſm ꝑpositū. i. ab intellectu. alia aūt nō sūt ſm ꝑpositū ſʒ sunt a nā. addit auteꝫ q̄ ambo. hꝰ. s. tā illa que sūt a na q̄ꝫ illa que sūt ab intellectu sunt in his que sūt ꝑꝑ hoc idest ꝑꝑ finē. Ex hac autem diuisione vult phūs hēre q̄ fortuna nō est in his que sunt a nā. ſʒ in his que sūt a ꝑposito. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare manifestū q̄m in his que sūt propter necessariū: ⁊ qđ sicut frequēter sunt

q̄dam circa que contingit qđ est ꝓpter h. Sūt aūt propter hoc: q̄cūq; ab intellectu utiq; agitur: ⁊ q̄cūq; a natura.

¶ Concludit predictas diuisiones se habere per ordinē. Nā prima includit scđam ⁊ scđa tertiā. d. ꝙ in his que sunt propter necessarium uel in his que sūt fm necessarium ut habet alia littera: ⁊ etiam in his que sunt in eo qđ est sicut frequenter sunt quedam circa que cōtingit ꝙ ꝓpter hoc. i. propter finē: quasi dicat ꝙ esse propter finem qđ dicebat secūda distinctio ꝑtinet in his que sunt sicut frequēter ⁊ sicut semper qđ dicebat distinctio prima. subdit aūt ꝙ sunt ꝓpter h. i. propter finem quecuq; aguntur ab intellectu ⁊ quecunq; aguntur a natura: q: esse a proposito uel non esse a proposito sed a natura qđ dicebat distinctio tertia clauditur in eo quod est agere propter finem quod dicebat distinctio secunda. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Huiusmodi igit̄ cū fm accidens fiant: a fortuna dicimus esse. Sicut enim ⁊ qđ est aliud quod per seipsū est: aliud aūt fm accidens: sic ⁊ cām contingit esse ut domus quidē per seipsaz cā ē edificatiua. Secūdū accñs aūt albū aut musicū. Per se quidez igit̄ cā finita est: fm accidens aūt infinita. Infinita enim vni accidūt.

¶ Ponit quartā distinctionem ex qua habet̄ quarta particula in deffinitione fortune posita. d. ꝙ huiusmodi entia fortuita cū fiant fm accidens dicimus esse a fortuna: q: sicut qđ est idest qđ est ens: aliud est per seipsum. aliud aūt fm accidens: q: quedam sunt entia per se. quedā per accidēs sic ⁊ fm eius cāz contingit esse: q: quedā sunt cause per se quedā per accidēs: ut ars edificatiua est causa domus per se. album autem ⁊ musicuz sunt causa domus fm accidens. addit autem ꝙ causa per se est finita determinata. causa autem fm accidens est infinita ⁊ indeterminata. omnia enim sunt causa per accidens que possunt accidere cause per se. Infinita enim accidunt idest possunt accidere vni ⁊ eidem: ⁊ quia cause per se ut edificatori possūt accidere esse albū esse musicum ⁊ infinita talia. iō cāe per accidēs sūt infinite. ¶ Notandum aūt ꝙ de hac diuisione qđ quedam sunt per se quedaz per accidēs vult habē pħs ꝙ fortuna non est causa per se sed per accñs. ⁊ per consequens non est causa determinata ⁊ finita sed infinita ⁊ indeterminata. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Sicut igit̄ dictum est: cuz in his que propter hoc sūt: hoc fiat: tunc dicit̄ a casu ⁊ a fortuna. Ipsoꝝ aūt differentia hoꝝ adinuicem posterius determinanda. Nūc autē hoc sit manifestū: ꝙ utraq; sūt in his q̄ sūt propter hoc: ut cā accipiendi argētū venit utiq; delaturus pecuniaz: si sciuit. Uenit aūt non huius causa: sed accidit uenire ⁊ facere hoc reportandi gratia.

¶ Ex predictis diuisionibus recolligit in quadā sūma ⁊ accipit ea que sunt de ratione fortune ⁊ quatuor facit fm ꝙ sunt quatuor ꝑticule in diffinitione eius posite. primo eniz ostēdit ꝙ fortuna est in his que agunt ꝓpter finem. secūdo ꝙ est in his que sūt raro. tertio ꝙ est in agētibus a ꝓposito. quarto ꝙ est causa per accidēs. secūda ibi [h autē neq; .] 3ª ibi [amplius aūt finis.] 4ª ibi [si autez proponēs.] ¶ Dicit ergo ꝙ sicut dictū est ꝙ cū fiat hoc. i. cum cōtingat aliqd raro in his que sunt ⁊ fiunt ꝓpter hoc. i. ꝓpter finem. tūc dicitur illđ esse a casu ⁊ fortuna. addit autē ꝙ differētia hoꝝ ipsoꝝ adinuicez i. differētia casus ⁊ fortune est posterius determinanda. Nunc aūt ad pñs hoc sit manifestuz: q: utraq; i. casus ⁊ fortuna sunt in his que sunt propter hoc i. ꝓpter finez: ut si aliquis sciuit se recepturū pecuniam uenit causa accipiendi argētum ⁊ ueni utiq; delaturus. i. deportaturus pecuniam. Autem pro sed: sed supple si hoc nesciuit uenit non huiusmodi causa. sed accidit uenire ⁊ facere hoc gratia deportandi. i. ut deportaret pecuniā. est ḡ fortuna in agētibus propter finem cum eis. accidit aliquid propter intentionem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc aūt neq; sicut frequenter ueniens ad villam neq; ex necessitate.

¶ Ostēdit ꝙ fortuna est in his que sunt raro. d. ꝙ h i. qđ est a fortuna ita supple. est in agentibus propter finem qđ sicut neq; frequenter ueniens ad villam ⁊ reportans argentum neq; sicut ex necessitate sed est sicut raro. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius aūt finis est reportatio non in seipso causaꝝ sed propositoꝝ ⁊ ab intellectu: ⁊ dicit̄ a fortuna uenire.

¶ Declarat aliā ꝑticulā positā in diffōne fortune. s. ꝙ fortuna est in agentibus a ꝓposito. d. ꝙ finis ⁊ reportatio pecunie que est a fortuna nō est cārum in seipso. i. nō est cāruz naturaliū quoꝝ qđlibet hēt in seipso pñm motus ⁊ quietis: sz dī euenire a fortuna qđ est ꝓpositoꝝ ⁊ ab intellectu qđ fortuna non est in agētibus naturalibus sed in agentibus a ꝓposito ⁊ per intellectum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si aūt proponens ⁊ huius cā: aut semper ueniens: aut si cui frequenter reportaturus: non a fortuna.

¶ Declarat aliā particulā. s. ꝙ fortuna est cā ꝑ accñs dicit ꝙ siquis proponēs accipe argentū ⁊ uadēs ad villā huius causa ut sicut semp aut frequēter ueniens reportaturus argētuz huiusmodi actio non erit a fortuna: sed supple si sit per accidens ⁊ preter propositū erit a fortuna. fortuna ergo nō est causa per se sed per accidēs: accepte sunt ergo oēs ꝑticule que sūt de ratione fortune. s. ꝙ fortuna est causa per accidens in his que sunt raro in agentibus propter finem ⁊ a proposito. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestū itaq; ꝙ fortuna causa sit fz accidens in his que in minori sūt fm propositū eoꝝ: que propter hoc sunt. Unde circa idem ⁊ intellectus ⁊ fortuna est: propositū enim non sine intellectu est.

¶ Cōcludit diffōnē fortune tanq; manifestā ⁊ declaratā. dicit manifestū eē ꝙ fortuna est cā fm accñs in his que sūt fm ꝓpositū ⁊ eoꝝ que sūt ꝓp h. i. ꝓp finē. qđ aūt fortuna sit in his que sūt fz ꝓpositū pz q: fortuna ⁊ intellectus sunt in his que sūt circa idē

Sed ꝓpositū nō est sine intellectu ꝛ sine mēte. Si ergo fortuna habet eē in agētib⁹ ſm itellectū sequitur ꝙ hēat esse in agētib⁹ a ꝓposito. ¶ Notādum aūt ꝙ cū quor sint pticule posite in diffōne fortune. hic aūt ꝑtermittu unā. cōcludēdo eni diffōnez fortune. nō aūt fortunā esse in his que sūt raro. Sz sciēdū ꝙ esse raro claudit in eo qḋ est esse cām per accn̄s itaq̄ iuuebat eā esse in his que sūt raro. ¶ Notandū aūt ꝙ imponēdo q̄tuor pticulas que sūt de rōne fortune nō semp ponit eas eodem ordine sed ꝓ non uariatp: opositum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Infinitas qḋē igit cās necesse ē eē a qb⁹ unq̄ fiat qḋ est a fortuna. Unde vi᷑ fortuna infiniti esse: ꝛ immanifesta homini.

¶ Ex his que dixerat de fortuna oñdit quō vītatem hūt aliquo mō tres opiniones ꝑus posite. circa ipsam tria ergo facit: q: pmo ostēdit quō vitatez hēt aliquo mō opio tertia. secundo quō opinio prima. tertio quō opio secūda. 2ª ibi ꝛ est ut nihil. 3ª ibi ꝛ dicere aliqd. dicit ḡ ꝙ necesse est ifinitas cās esse a qb⁹ itaq̄ fiat qḋ est a fortuna. vn̄ vi᷑ fortuna esse infiniti. ꝛ q: infinitū ſm ꝙ huiusmodi est ignotū fortuna est imanifesta homini. aliquā ergo vitatem cōtinebat tertia opinio dicit ipsam esse imanifestam hui⁹ itellectui. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et est ut nihil a fortuna videbi᷑ utiq̄ fieri. Omnia qdem enim hec recte dicūtur. qm̄ rationabiliter. Est qdem enīz ut sit a fortuna: ꝛ ſm accidens enim fit. ꝛ est causa sicut accidens fortuna ut aūt simpliciter nullius. ut dom⁹ edificator qdē cā est. Scdm accidēs aūt tibicen: ꝛ ueniētez referendi argētū nō huius cā uenientē ifinite sūt multitudine. Etenim vide᷑ aliquez uolens ꝛ persequēs: ꝛ fugiens ꝛ visurus.

¶ Ostēdit quō aliq̄ mō v̄itatē cōtinebat opio pª que dicebat nihil a fortuna fieri. Ideo ait ꝙ est ut utiq̄ nihil videbi᷑ a fortuna fieri. qm̄ oia quidē ħ rōnabiliter dicun᷑. est eṁ qdem ut sit a fortuna qḋ fit ſm accidēs ꝛ nō fortuna est cā ut accidēs. ut autē simpl'r fortuna nulli⁹ est cā ut edificator simpl'r est causa dom⁹. ſm accn̄s autē causa dom⁹ est tibicen i. tibicinator uel buccinator siue music⁹. ꝛ sicut causa per accidēs est infinita ꝛ idetermināta ꝛ ſm qd. ita qḋ est a fortuna est iafinitū ꝛ indeterminatū ꝛ ſm qd ut si cōtingat aliquē uenientē aūt uob̄ᵐ cā infinite sunt cause mltitudine ꝑpter q̄s ire ponit: et enim si uadēs ad forū uenit debitorē ꝛ reportauit argētū si nō tuit cā huiusmodi ifinite potuerūt esse cause pp̄ q̄s iuit. q: forte iuit uolēs videre aliquem amicū: ul' iuit ꝑsequēs aliquē uel fugiens: uel forte iuit visurus ea que sunt in foro: q: ergo cause fortune sunt infinite ꝛ fortuita sunt ſm qd: q: talia vi et magis possunt non esse q̄ȝ esse quodāmodo uera erat positio pª que dicit nihil a fortuna eē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et dicere esse aliquid extra rationē fortunā recte est. Rao enīz aut est eoꝝ que semp sūt: aut eorū que sicut frequenter. Fortuna aūt in his que sūt ꝑter hec.

¶ Ostēdit quō aliq̄ mō uera erat 2ª positio que dicit fortunaz esse extra rōnē. dicebat᷑ enim illos pħos posuisse fortunā in celo: q: nesciebant assignare rōnē celestiū. iō dicebāt celestia esse fortuita. isti etiā aliquo mō ueꝝ dicebāt. iō ait ꝙ recte est dicere fortunā esse aliqd extra rōnem: q: rō est eoꝝ. que autē est extra rōnem q: est in his que sūt ꝑter hec idest preter frequenter ꝛ semper. Lectio. IX.

Quare quoniam infinite que sic cause sunt: ꝛ fortuna ifinita est. Tamē in quibusdam deficiet utiq̄ aliqs. Nunquid igi᷑ cōtingentia causa utiq̄ fiant fortune: ut sanans aut spiritus: aut estus: sed non depilari. Sunt autem alie aliis proximiores que sunt ſm accidens causarum.

¶ Postq̄ pħs oñdit qd est fortuna ꝛ declarauit quō opiniones ꝑius posite de ea ɔtinebāt aliquā vitatē. in pte ista mouet quandā q̄ōnem circa fortunaz circa qḋ duo facit. s. q: ꝑ mouet huiusmodi. q. secūdo determinat de qbusdā modis ipsi⁹ fortune ibi fortuna aūt bona. dicit ḡ ꝙ infinite sūt cāe que sūt sic. i. q: infinite sunt cause per accn̄s. ꝛ etiaz q: fortuna est ifinita. lz ḡ ita sit: q: scim⁹ fortunā esse infinitā ꝛ eē cām per accn̄s. tn̄ quibusdā. i. de qbusdā deficiet. i. dubitabit aliqs cū fiāt ɔtingētia. i. cū fiāt aliq̄ per accn̄s: nūquid illoꝝ per accn̄s fortune fiāt causa. Est ḡ qḋ de quibusdā cōtingētib⁹ utrū illoꝝ quecūq̄ causa ɔtingēs sit fortuna. ¶ Solutio aūt hui⁹ questi iu hoc cōsistit ꝙ aliq̄ causa ɔtingēs est fortuna. aliq̄ vō nō ut sanitas ɔtingēs causa fortuna a spē aut est: sed nō depilari. Subdit aūt q: de numero causaꝝ que sūt ſm accn̄s alie sūt aliis proximiores: alie supple lōginquiores. ¶ Dubitaret forte aliqs utrū idē sit fortuna ꝛ cā per accn̄s. ¶ Dicēdū ꝙ causa per accn̄s est in plus q̄ȝ fortuna. ipsoꝝ enim contingētiū siue ipsoꝝ que sunt per accn̄s nō quecūq̄ causa est fortuna. Causa enim per accidēs dupliciter sumi pōt. pmo ex pte cause. 2º ex pte effect⁹. ex parte aūt cause sumi᷑ causa per accn̄s quando qḋ est ɔiunctū cause poni᷑ esse causa: ut si edificator sit causa dom⁹ per se si cōtingat edificatorez esse albū dicem⁹ albū qḋ est cōiūctū edificatori eē cām dom⁹ per accn̄s. scḋo mō pōt accipi cā per accidēs ex parte effect⁹: ut cū aliqs facit aliqd ad qḋ sequi᷑ aliud dice᷑ illius alteri⁹ esse causa per accn̄s ut si ad apertionem fenestre sequi᷑ illuminatio domus aperiēs fenestrā di᷑ illuminare domū per accidēs. inter cās aūt per accn̄s dictas ꝑ mō ꝛ secūdo mō ħ est differentia q: cause per accidens ſm pmū modū ſz ꝙ huiusmodi nihil operan᷑. albū uel risibile que sunt cause per accidēs: q: sūt coniūcte cause per se nihil agūt ſz ꝙ sūt huiusmodi cāe. Sed cause per accidēs scḋo mō ſm ꝙ sūt huiusmodi cause aliqd opan᷑. apiens enim fenestrā aliquā agit ut sit causa illuminationis dom⁹. lz enim huiusmodi agēs ipsum lumē non efficiat. facit tn̄ aliqd quo facto sequi᷑ illuminatio dom⁹. cuz ergo dici᷑ ꝙ fortuna est causa per accn̄s nō est intelligēdū ꝙ sit illo modo causa que ſm qḋ est causa nihil agit: sed est causa aliquid operās. causa enim fortuita agit aliquid sed non per se agit illud respectu

cuiꝰ causa est fortuita sed agit aliqd aliud quo facto hēt esse illud respectu cuiꝰ cā est fortuna: ut si aliqs per se uadēs ad forū ut emat fortuitu inueniat debitorē per se aliqd agit. qr uadit ad forū quo facto se quitur inuentio debitoris cuiꝰ nō est causa per se sed per accidēs. cū ergo causa per accidēs sm q cā est possit esse operās ꝛ nō operās. fortuna autē semp sit causa per accidēs que est opans. ꝫ in plus est cā per accidens q̄ fortuna. iō phūs ait q estus ꝛ spē possunt esse causa fortuita sanitatis sed nō depillari. estus eni. i. calor ꝛ spē. i. uētus aliqd possūt operari in corpe per se quo facto possunt eē causa sanitatis per accidēs. q: ꝫ estꝰ ꝛ spē sic sūt cā sanitatis per accidēs q aliqd opanꝭ pūt esse cā fortuita: depillari uo q: nihil opaꝭ nullo mō est cā fortuita. pt tñ esse causa per accidēs sanitatis. Nā si actioī illi que est cā sanitatis per se sit annexa depillatio depillari erit cā sanitatis per accñs. Rursus aduertēdū q nō ois cā per accñs si sit opans est cā fortuita. Quedā eni cause per accñs opantes frequēter uel ꝫ semp inferūt effectū per accidēs ut graue existēs sursū mouet mediū per se ꝛ mouēdo mediū p se mouet seipm per accñs. mī hꝰ p accidēs semper sequiꝭ ad illud per se. semp eni graue cū p se mouet mediū mouet seipm per accñs. aliqñ enim cā p accidēs opanꝭ nec frequēter nec semp īfert id cuiꝰ est cā per accidēs: ut si uadēs ad forū per se īueniat debitorē per accidēs: huiusmodi per accñs nō semp īferꝭ a tali cā per se. sed raro iter istas causas p accidens pōt talis dria assignari: q: cā illa per accñs que semp aut frequēter īfert suū effectū dici potest cā ppinqua: sed que raro talez effectum infert dici pōt cā remota. lz ergo lapis moueat se per accidēs ꝛ uadēs ad forū per accñs inueniat debitorē. lapis tñ ꝛ quodcūq graue respectu sui motꝰ deorsū est ppinquior causa per accidens q̄ uadēs ad forū respectu inuētionis debitoris. cū ergo dr q non ois cā per accñs est fortuita sed cā operās nō est: itelligēdū q ois cā operās est fortuita. sed solum illa cā per accidēs operās est fortuita que raro suū infert effectū. phūs ergo uolēs ostēdere causam per accidēs eē in plus q̄ causa fortuita ait: q spem ꝛ estuꝫ possūt eē cā fortuita: sed nō depillatio in quo innuebat nō oēz cām per accidēs esse fortuitā. Rursus ait q causaꝝ per accidēs quedam sūt remotiores quedā ppinquiores in quo innuebat q nō ois cā per accidēs operās est fortuita: q: cā ppinqua semp inferēs suū effectū nō est casualis nec fortuita. lapis enim uel quodcūq graue nō mouet seipsuz casualꝛ deorsū sed sicut causa per accidēs operans. q. remota que raro huiusmodi effectū inferat sicut est ire ad foꝝ respectu inuētionis debitoris sic cā per accñs pōt dici fortuna ꝛ ex hō plane pꝫ expositio textꝰ. aliꝰ aūt que dicta sunt ui. exponere alr sed de sua expōne non sit nobis cure: q: non ui plene textui consonare. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Fortuna autem bona quidem dicꝭ: cuꝫ bonum aliquid euenit: praua autem cuꝫ prauum aliquid.

ℭ Determinat de quibusdā modis ipsiꝰ fortune. fortune aūt sunt diuersi modi: q: aliqñ dicꝭ esse fortuna bona: aliqñ mala. aliqñ dicꝭ eufortuniū aliqñ diffortuniū. duo ergo facit. q: pmo dicit qd est fortuna bona ꝛ mala. scd̄o qd est eufortuniū ꝛ diffortuniū. scd̄a ibi [eufortuniū aūt.] dicit ergo q fortuna dr bona cū ex ea aliqd bonū euenit. praua aūt cū aliqd prauum. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Eufortunium aūt ꝛ diffortuniū est cum magnitudinem habentia sunt hec: unde ꝛ secꝰ paruum malū: aut bonū accipe magnū: aut discōtingere: aut eucōtingē est: qm sicut est dicit intellectꝰ: qd eniꝫ ad paruum tanq̄ nihil debere videtur.

ℭ Ostēdit quid est eufortuniū ꝛ diffortuniū ꝛ tria facit. q: pmo ostēdit quid est eufortuniū ꝛ diffortuniū. scd̄o ostendit talia esse incerta. tertio epilogat circa determinata. secunda ibi [amplꝰ aūt.] 3ª ibi [sunt quidē igiꝭ.] dicit ergo q eufortuniū ꝛ diffortuniū sunt hñtia h. i. fortunā bonā ꝛ malā cum magnitudine. eufortuniū eni est ualde bona fortuna: ꝛ diffortuniū ualde mala: ꝛ addit q cū quis est secꝰ. i. iuxta accipe magnū bonū aut malū ꝛ paruū supple distat aut discōtingere aut eucōtingē ei magnū bonū ꝛ malū supple circa talia cōtingit eē diffortuniū ꝛ eufortuniū: qm intellectꝰ dicit. i. accipit hoc sicut est eni ac si esset: qd eniꝫ ad paruū distat sm intellectū tanq̄ nihil de habere videꝭ. ℭ Notandū aūt q aliqs est in ppinqua dispōne q possit et cōtingere uel discōtingere magnū bonū si illud bonū amittat dicꝭ eē infortunatꝰ. lz enim illud bonū non habuerit. tñ q: modicū uidebaꝭ distare ab ipso itellectꝰ accipit ac si habuisset ꝛ perdēdo illud uideꝭ intellectui q perdidit qd habebat. ꝛ q: amittere bonū est quoddā maluz sicut ppinquus bono nō ꝯsequēs illud dicꝭ infortunatꝰ. sic etiā eē cōtrario: q: amissio mali est quoddā bonū. ppinquꝰ magno malo si nō cōsequaꝭ illud dicꝭ eufortunatꝰ. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Amplius aūt incertū eufortuniū rationabiliter est. Fortuna eniꝫ incerta est. Neq enim ut semp: neq sicut frequenter possibile esse que sunt a fortuna nihil.

ℭ Ostēdit diffortuniū uꝫ eufortuniū eē qd icertū ꝛ h rōnabilꝛ. Nā cū fortuna sit icerta eufortuniū que est qdā fortuna ēt erit qd icertū. Q aūt fortuna sit incerta pꝫ q: nihil eoꝝ que sūt a fortuna est posse eē ut semp. uꝫ sicut frequēter. ℭ Deinde cuꝫ dicit.

ℭ Sunt quidem igitur ambo cause queadmodum dictum est sm accidens: ꝛ fortuna ꝛ casus in contingentibus fieri: neq simpliciter: neq sicut frequēter: ꝛ eorum quecūq utiq fient propter aliquid.

ℭ Epilogat determinata ꝛ dicit q ambo. s. casus ꝛ fortuna queadmodū dictū est sūt cāe sm per accidēs ꝛ sūt in cōtingētibꝰ fieri neq simplr. i. neq sicut semp neq sicut frequēter s supple sicut raro. ꝛ sūt eoꝝ q̄cūq utiq fiūt ppter aliqd. i. ppter finē. ℭ Notādū aūt q ut dictū est de rōne fortune sūt q̄tuor. s. q sit raro: ꝛ q sit cā p accñs. q sit in agētibꝰ a pposito ꝛ ppter finē. uel q: fortuna est spēs casus aliquā driam addit supra ipm. addit aūt esse a pposito. tres ergo esse particule nō frequēter ꝛ eē per accidēs in agētibꝰ ppter finē cōueniūt casui ꝛ fortune. esse aūt in agentibus a pposito est qd addit fortuna supple casum. ℭ Deinde cum dicit.

¶ Differt autez qm̄ casus in amplius est. Quod eni est a fortuna: est et a casu. Hoc autem non omne a fortuna est.

¶ Dat differentiam inter fortunā et casū. hꝰ autē differentia sciri nō pōt nisi sciat in qbꝰ hēt eē fortuna et in qbus casus. ideo ꝗ̄ facit: qz pͦ ppōnit hꝰ differentiam. 2ͦ ad manifestationē pdicte dr̄e ondit in qbꝰ hēt eē fortuna. tertio manifestat i qbꝰ hēt eē casus. 2ͦ ibi [fortuna qdē.] 3ͦ ibi [sed casus est in alijs.] Dicit ergo qꝫ differt fortuna a casu. qm̄ casus est amplꝰ. i. in plus q̄ fortuna. est enim. q. genus ad ipsam. Nā qd̄ est a fortuna est a casu. non tamen ois hic. i. ois casus est a fortuna. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fortuna qdē eni et qd̄ a fortuna est qui buscūqz et euēnīngē unqz inerit: et oino actꝰ ē. Unī necē ē circa practica eē fortunā.

¶ Ostēdit in qbus hēt esse fortuna et duo facit: qz pͦ facit qd̄ dictū est. 2ͦ qd̄ dixerat manifestat per signū. ibi [signū aūt est.] Dicit ergo qꝫ fortuna et qd̄ est a fortuna supple hēt esse i hijs qbuscūqz utiqz inerit eucōtingē. i. bene ꝯtingē et ēt hēt esse in his in qbꝰ inest oino actꝰ: et qz talia sunt habētia ppositū et intellectū. idō circa talia accidit fortuna. idō subdit qꝫ necesse est fortunā esse circa practicū et circa intellectū practicū siue circa opantes per intellectum. ¶ Notādū aūt qꝫ illis dicit posse bn̄ ꝯtingere qui possunt participare felicitatē. ¶ Rursus in illis dr̄ eē actꝰ oino qui sūt dn̄i sui actꝰ qui libere agūt. agētia ꝗ̄ ex na̅ uel ex instinctu nature: qz magis aguntꝰ q̄ agāt nō libere agūt nec sūt dn̄i sui actꝰ: qz ꝗ̄ sola agētia per itellectū pñt participare felicitatē et libere agere. idō sola rōnalia sunt qbꝰ pōt bene cōtingere et in quibꝰ est oino actꝰ. ppter quod circa sola talia habet esse fortuna. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Signū aūt est qꝫ videm eē felicitati aut prope. Felicitas aūt praxis q̄dā est. Eupraxis aūt est. Quare qbuscūqz nō cōtingit agē neqz a fortuna aliqd facē. Et pp hoc neqz iaiatū nihil: neqz ifans: neqz bestia nihil facit a fortuna: qm̄ nō hn̄t ppositum. Neqz eufortuniū neqz ifortuniuz inest his nisi ſm similitudinem.

¶ Declarat qd̄ dixerat p signū et duo facit: qz pͦ facit qd̄ dcm̄ ē. 2ͦ qd̄dā qd̄ supposuerat māifestat ibi [sicut dixit ptarchos.] Dic ꝗ̄ qꝫ signū est fortunā eē circa opantes a pposito et p itellectū: qz fortuna vr̄ eē idē felicitati aut pp felicitatē. ē eni felicitas q̄dā praxis. i. q̄dā opatio. est eni felicitas eupraxis. i. bona opatio: qz ꝗ̄ fortuna est ppe felicitatē et felicitas nō iest nisi his quibꝰ ex se ꝯtingit bn̄ opari: pz qꝫ qbuscunqz supple ex se et a pposito nō contingit agere i illis nō ꝯtingit aliqd facē ex fortuna. ppter qd̄ neqz nihil inatatū neqz infans neqz bestia nō facit aliqd a fortuna. qm̄ nō hn̄t ppositū vnde his nō iest neqz eufortuniū nisi ſ3 silitudinē. ¶ Notādū āt qꝫ fortuna dr̄ esse ppinq̄ felicitati: qz hoies bn̄ fortunati et possidētes bona fortune cōiter dicunt esse felices. ¶ Notādū aūt qꝫ cū duplex sit felicitas ſm pħm̄ vna politica alia cōtēplatiua. fortuna nō dr̄ eē propinqua felicitati cōtēplatiue. bona eni fortune uel nihil uel modicū iuuāt ad talē felicitatē et sūt sicut organa felicitas cōtēplatiue. imo talia bona si abūdātia adsit magis hꝰ felicitatē ipediūt q̄ augmentent. est iꝰ fortuna ppinq̄ felicitati practice et politice. ciuilis eni potētia et alia bona fortune politicā felicitatē decorā reddūt. Signāter ꝗ̄ pħs aui fortunā esse ppinquā felicitati que est opatio q̄dā uel praxis q̄dā. ¶ Notandū eni qꝫ opatio est in plus q̄ bona opatio: et qz felicitas politica nō est operatio q̄libet s3 est eupraxis. i. opatio bona. idō talis felicitas non dr̄ opatio simplr̄ nel vniuersaliter sed operatio quedam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sicut dixit ptarchos eufortunatos esse lapides: ex qbꝰ sūt are: cū honorent. Copulati aūt his cōculcant. Pari aūt a fortuna inest quodāmō et his: cū agēs aliqd circa hoc agat a fortuna. Aliter aūt non.

¶ Declarat qd̄ supposuerat. v3 alia ab agētibꝰ a pposito nō eē fortunata ppe. S3 methaphorice et ſ3 similitudinē sicut dixit ptarchos qꝫ lapides ex qbꝰ sūt are i. altaria dixit eē fortunatos cū honorētur et venerent ab hoibꝰ. Lapides vō copulati his. i. lapides ex qbꝰ fiūt gradus per q̄s itur ad altare supple dixit eē infortunatos qz conculcant. idō subdit qꝫ his i. hꝰ lapidibꝰ iest q̄dāmō pati a fortuna. nō ꝗ̄ tales lapides sūt fortunati qd̄ aggerat fortuna: sed qz ab huiusmodi agētibꝰ patiunt. sunt eni tales lapides fortunati cū hō agēs circa hoc agat a fortuna. alr̄ aūt nō sunt fortunati. non ꝗ̄ inaiata sunt fortunata actiue ut qd̄ agāt a pposito sed passiue: qz agētia a pposito possunt aliqd exercē circa ipsa. ¶ Notandū aūt qꝫ lapides et inaiata duplr̄ dicunt esse fortunata. pͦ methaphorice: qz cū quedā inaiata venerētur habent se ad modū fortunatoꝝ. 2ͦ possunt dici fortunata ſm qd̄ incīditur sūt talia passiue. Habēt enim aliqd in potētia ul passiue est habē quodammodo et ſm quid.

Lectio. X.

Sed casus est in alijs aialibꝰ et inaiatis: ut equꝰ casu ingt uenit: qm̄ saluatus est qdē ueniēs: nō salutis āt causa uenit. Et tripoda casu cecidit. Stat quidem enim causa sedendi: sed non causa sedendi cecidit.

¶ Postq̄ pħs oñdit in quibꝰ habet esse fortuna. in pte ista oñdit in quibꝰ hēt esse casus et duo facit: qz pͦ facit qd̄ dictum est. 2ͦ ex his que dixerat assignat dr̄iam inter fortunā et casum ibi [q̄re manifestuz est.] ꝯtinuetur ergo sic. dictū est fortunam esse in agētibꝰ solū pposito: sed casus est in alijs aialibus que nō agūt a pposito et est etiā in rebꝰ inaiatis ut equus iquit aliqs fugiēs a bello casu euenit ad stabulum. ueniēs quidē saluatꝰ est: sed hō fuit casu: qz nō uenit causa salutis sed forte causa cibi: et tripoda casu cecidit. cadēs autē stat causa sedēdi. i. stat disposita ad sedēdū sed hoc fuit per accidēs: qz nō cecidit causa sedēdi. tripoda eni3 et quodlibet graue cadēs de alto intendit ire ad centrū. qꝫ autē cadat sic disposita qꝫ hō sedē possit in ea. hō est casuale et preter intētionē eiꝰ. ¶ Notandū aūt pħm̄ posuisse exemplū de equo ut ostenderet casum esse in alijs animalibꝰ ab hoie. posuit aūt exēplū de tripoda ut ostenderet casum esse in rebus inanimatis.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare manifestũ est ꝙ in his que simpliciter ꝓpter aliquid fiũt. cũ nõ accidẽtis cã fiunt: quoꝝ extra est cã: tũc a casu dicimus: a fortuna aũt eoꝝ quecunqꝫ a casu fiũt ꝓpositoꝝ in habẽtibus propositum.

¶ Ex his que dixerat assignat differentiam inter fortunã ⁊ casum ⁊ duo facit: quia primo assignat huiusmodi differẽtiã. secũdo ostendit in quibus maxime differentia apparet inter ipsa. 2ª ibi [maxime aũt separatũ.] Circa primũ tria facit: q2 primo assignat differẽtiam dictam. secũdo qd̓ dixerat ꝓbat per signũ. tertio signũ qd̓ posuerat adaptat ad propositum. scd̓a ibi [signũ aũt.] 3ª ibi [fit igit ꝙ.] dicit ergo q2 manifestũ est ꝙ casus fit in his que fiũt simpliciter idest vniuersaliter propter aliqd. i. propter finem ut cũ aliqua fiũt nõ cã accidẽtis: sed circa talia facta ꝯtingunt aliq̃ per accidẽs quoꝝ per accidẽs causa est extra: q2 sunt ꝑter intentionẽ cause. tũc talia sic facta per accidẽs dicimus esse a casu. Casus ergo vniuersaliter habet esse in agẽtibꝰ propter finẽ si circa ea cõtingat aliquid per accidẽs. ⁊ raro a fortuna sunt supple quecũqꝫ cuꝝ fiũt a casu ꝓpositoꝝ ⁊ in habẽtibus propositũ. fortuna ergo est in minus q̃ casus: q2 nõ cõtingit vniuersaliter in agentibꝰ propter finem sed solum in habentibus propositum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Signũ aũt est qd̓ vanũ est: qm̃ dr̃ cũ nõ fiat: qd̓ propter aliud illius cã: ut ambulare depõnis causa est. Si vero non fiat: ambulanti frustra dicimꝰ ambulasse: ⁊ ambulatio vana: tanq̃ hoc sit frustra: qd̓ ante natũ est alteriꝰ causa cũ nõ includit illud cuiꝰ cã erat aptũ natũ. Qm̃ si aliqs se balneatũ dicat frustra q2 nõ defecit sol: derisio utiqꝫ erit: nõ enim erat hoc ꝓpter illd̓.

¶ Probat per signum ꝙ casus habet esse vniuersaliter ꝓpter finem. dicit signũ autem est ꝙ casus fit in agentibus vniuersaliter ꝓpter finem. qm̃ qd̓ est vanũ qd̓ supple est propinquũ casui dicit̃ cũ aliqd agit propter aliud si causa illius idest si ꝓpter illud non fiat illud aliud propter qd̓ agit̃ ut si ambulare est causa depositionis cibi si ambulanti nõ fiat depositio cibi ipm̃ dicimꝰ frustra ambulasse ⁊ ambulatio illa est vana. Hoc ergo est frustra qd̓ est aptũ natũ esse cã alteriꝰ cũ nõ includit illd̓ cuius causa erat aptũ natum. semꝑ ergo vanũ dicit̃ per cõparationẽ ad finem nõ ad finem quẽlibet sed ad finẽ ad quẽ ordinat̃. qm̃ si aliquis dicat se frustra balneatũ: q2 nõ deficit sol derisio utiqꝫ erit talis locutio. hec enĩ s. balneatio nõ erat ꝓpter illud idest ꝓpter defectũ solis sive ꝓpter eclipsim. ¶ Notãdũ aũt ꝙ ex his que dicta sũt posset sic formari ratio. vanũ dr̃ per respectũ ad finẽ ⁊ habet esse vniuersaliter in agẽtibus ꝓpter finẽ intentum ad quem recte ordinant̃: sed casus est ꝓpinquũ ei qd̓ est vanũ: si ergo vanũ habet esse vniuersaliter in talibꝰ agentibus ꝓpter finẽ. ergo ⁊ casus habebit esse vniuersaliter in talibus agẽtibus. in plus est ergo casus q̃ fortuna. q2 fortuna nõ est vniuersaliter in agẽtibꝰ ꝓpter finẽ: sed solũ in agẽtibꝰ a ꝓposito. ¶ Dubitaret forte aliquis utrũ vanũ sit vniuersaliter in agẽtibꝰ propter finẽ. ¶ Dicendũ ꝙ omne agẽs ꝑsupponẽs dispositionem materie põt impediri ab agendo si habeat materiam indispositã. īpedit̃ aũt ab agẽdo ⁊ frustrat̃ multotiẽs a fine intento. utrũ aũt sit aliquod agens qd̓ nec ꝑsupponat maꝫ nec dispositionẽ etꝰ nec possit frustrari in sua actione ad̓ est ꝑscrutis speculationis. sufficiat aũt ad p̃ns scire ꝙ tam agẽtia a ꝓposito q̃ naturalia possunt impediri in agendo ⁊ accidere aliquid vanũ circa ea. ⁊ quia casus propinquꝰ est ei qd̓ est vanũ tũ in agẽtibꝰ a ꝓposito q̃ in nãlibus habet esse casus. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sic igit̃ q̊d apthomatũ secũdũ nomen est: cũ ipꝫ frustra fiat. Cecidit enĩ nõ percutiendi causa lapis. Ab eo igitur qd̓ apthomatum cecidit lapis: q2 cecidit utiqꝫ a quodam percutiendi causa.

¶ Adaptat signũ ad propositũ ⁊ dicit ꝙ sicut vanũ dicit̃ respectu finis sic apthomatũ idest per se frustra sive casus dicitur respectu finis. Nã ꝫ nomẽ casus dicit̃ cũ ipsum fiat frustra ⁊ preter finem cecidit enim lapis nõ percutiendi causa. ideo cecidit lapis ab eo qd̓ est apthomatum idest a casu sive a per se frustra. nam ꝙ lapis cadit idest ꝓijcitur ab aliquo causa ꝑcutiendi. ideo supple cuꝫ percutit si non percutiendi causa cadit est a casu. ¶ Notandũ aũt ꝙ casus apud grecos habet denoĩationem a frustra. dicitur enĩ apud grecos casus apthomatum quod ideꝫ est ꝙ per se frustra. Ex hac autẽ denominatione arguit phũs casuꝫ esse propinquum ei qd̓ est frustra ⁊ esse per comparationẽ ad finem sicut ⁊ frustra. ¶ Dubitaret forte aliqs utrũ idem sit casus ⁊ frustra. dicẽdũ ꝙ casus ⁊ frustra cõueniunt ⁊ differunt. cõueniũt aũt q2 utrũqꝫ habet eẽ in agentibus propter finem. nisi enim ageret aliqs propter finem nunq̃ cõtingeret ei aliquid frustra vel aliquid vanũ. ex hoc enim habet esse vanuꝫ: q2 agens nõ cõsequit̃ intẽtum. Intentio enĩ semper accipit̃ respectu finis. Si igit̃ agẽs non ageret propter finem nihil intenderet. ⁊ si nihil intenderet nihil accideret ei vanũ. Nunq̃ ergo habet esse vanũ nisi in agentibus propter finẽ. sic etiã casus habet esse in huiusmodi agentibus. casus enĩ presupponit intentionẽ finis cum ex hoc habeat esse: q2 accidit aliquid preter finẽ intentũ. ex hac aũt cõueniẽtia que est per cõparationem ad finem sufficienter phũs habet intentũ. vult enĩ casum esse vniuersaliter in agentibus ꝓpter finem: q2 circa talia habet esse vanum cui ꝓpinquum est qd̓ est a casu. differẽtia aũt inter casum ⁊ vanũ sic haberi põt: q2 ꝫ utrũqꝫ sit per cõparationẽ ad fineꝫ tñ aliter ⁊ aliter. est enim vanũ per cõparationẽ ad finẽ inq̃tũ finẽ nõ attigit. casus vero est per cõparationẽ ad finẽ inq̃tũ attingit qd̓ nõ est finis: ut si finis deambulationis sit depositio cibi. nõ aũt finis sit inuẽtio debitoris frustra erit si nõ deponat̃ cibus. casus autẽ si inueniatur debitor. contingit ergo aliquãdo circa actionẽ aliquam cõcurrere casum ⁊ vanũ. aliquãdo aũt casum ⁊ non vanũ. aliquãdo vero vanũ ⁊ nõ casum aliquando aũt nec casum nec vanum: ut siquis pergens ut deponat cibum nõ ut inueniat debitorem. Sed inuenit debitorem ⁊ nõ deponit cibũ contingit ibi casus ⁊ vanum. Si vero deponit cibum ⁊ inuenit debitorem nõ cõcurrit ibi vanum sed casus.

Si aūt ꝓbū deponat debitorem nos inueniat nec aliquid per accidens ei contingat nec cōcurret sibi usnum neqꝫ casus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Maxime aūt separatuꝫ est a fortuna in his que a natura fiunt. Cū eniꝫ fiat aliqd extra naturam: tūc nō a fortuna: sed magis ab eo qd per se frustra est: factū eē dicimus. Est aūt ꝛ hoc alterū: huius quidē enim externus est causa: illius ꝟo intern⁹.

¶ Ostendit in quibus maxime differt casus a fortuna ꝛ ex hoc dat quandā aliaꝫ differētiam inter ea. Dicit ergo ꝙ casus est maxime quid separatū a fortuna in his que fiūt a natura. cū enim in operibus nature fiat aliquid extra naturam idest extra intentionē nature. tunc nō dicimus illud esse a fortuna. Sed magis dicim⁹ ipsum esse factum ab eo qd est per se frustra idest a casu. ex hoc patet alia differētia inter casum ꝛ fortunam. ideo subdit ꝙ ꝛ hoc. i. fortuna est alterū aliqd a casu: qꝛ cā huiusmodi. s. fortuiti est interius illi⁹ uero scilicet causa: effectus casualis est interius. ¶ Notandum autem ꝙ cuꝫ natura sit ꝑncipiū motus ꝛ quietis eius in quo est naturalia si sunt casualia habēt in seipsis huiusmodi causatu circa quā cōtingit casus ut si in embrione per virtutē informatiuaꝫ fiat sextus digit⁹ casu embrio habet in seipso huiusmodi virtutem circa quā cōtingit huiusmodi casus. artificialia ꝟo quia ꝯm ꝙ huiusmodi nō hñt in seipsis principiū mot⁹ ꝛ quietis si per artem circa talia cōtingat aliquid fortuitu: qꝛ ars est extra artificialia. sequitꝛ ꝙ huiusmodi artificialia non habēt in se causam illā circa quā accidit huiusmodi fortuna. ꝫ eo ipso ꝙ causa fortuita est ars uel ꝓpositū. cā ꝟo casualis est naꝫ qꝛ nalia habent in seipsis ꝑn^m mot⁹ ꝛ nō artificialia dicitur ei casualis esse ꝑncipiū intra. fortuita ꝟo extra. Duplex est ergo differentia inter casuꝫ ꝛ fortunam. prima qꝛ casus est in plus ꝙ̄ fortuna. secūda quia effectus casualis est principium ꝛ causa intra fortuita ꝟo extra. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quid igitꝛ sit per se frustra: ꝛ qd fortuna dictuꝫ est: ꝛ quid differunt adinuicem.

¶ Deinde epilogat circa determinata dicēs qd igitꝛ sit per se frustra. i. casus ꝛ qd fortuna dictū est ꝛ ēt dictum est qd. i. ꝯm qd adinuicē differūt fortuna ꝛ casus.

Lectio. XI.

Sed modoꝝ causaꝝ in qb⁹ est vnū ꝑncipiū mot⁹: utrūqꝫ ipsoꝝ est: aut enim eoꝝ que sunt nā: cā aliq̄ est: aut eoꝝ que sūt sub intellectu cā sempꝫ est sed eorum multitudo indeterminata est.

¶ Exequitur de intento circa qḋ duo facit: q2 primo premittit quasdam suppositiones. secundo ex suppositionibus premissis ostẽdit quomodo inuestigãda est diffinitio loci τ quomodo determinãdũ est de ipso ibi, oportet aũt temptare. premittit aũt quinq3 suppositiones: quarũ prima est φ nos significam⁹. i. dicimus esse locũ primum. i. proprium τ principalẽ qḋ cõtinet illud cui⁹ est loc⁹ τ huiusmodi locũ dicimus esse nihil rei. est ergo pᷓma suppositio φ locus cõtinet locatum τ nihil est eius amplius. secunda suppositio est locum primum. i. proprium esse equale locato neq3 esse maiorẽ neq3 minorẽ eo. Adhuc autem tertia suppositio est locuz nõ deficere vnicuiq3 locato τ esse separabilem ab eo. Adhuc aũt quarta suppositio est locum habere differentias locales ut habere sursũ aut deorsũ aut alias locales differentias. Et quinta τ ultima suppositio est vnũqḋq3 corporũ ferri natura in suũ locũ τ manere. i. quiescere in proprijs locis. hec autẽ facere aut sursum aut deorsuz. Corpora eni aut mouentur naturaliter sursum τ quiescunt ibi sicut leuia: aut deorsuz sicut grauia. his aũt quinq3 suppositis suppositionibus tanq3 per se manifestis reliqua consideranda sunt de loco. ¶ Notãdũ autez φ de loco apud antiquos triplex fuit mala opinio quidã eni dixerũt locũ esse mãz. quidam formam quidã uacuũ. ponẽtes eni dimẽsiones illas imaginatas siue spatium illḋ inter latera cõtinẽtis eẽ locũ dicebãt locũ eẽ q̃ddam uacuũ receptiuũ corporis. per has aũt quinq3 suppositiones remouẽtur he tres opiones erroñee de loco. Nã per h̃ φ loc⁹ ꝯtinet τ nihil est rei habet φ nõ sit forã. per h̃ aũt qḋ est sepabilis a re habet φ non sit mã: q2 vo est eq̃lis rei τ habet sursuz τ deorsuz τ corpa mouenẽ nãliter ad locũ suuz τ q̃escunt ibi habet φ non sit uacuũ. oẽs eniz tres suppositiones pbãt locũ non esse uacuũ. ¶ Dubitat et forte aliq̃s de his suppositionib⁹ τ pᷓ de pᷓma. pater eniz uerũ esse locũ non esse formã per h̃ qḋ ꝯtinet id cui⁹ est τ nihil est ei⁹. forma eni aliq̃d est ei⁹ cuius est forma. Sed dubitari põt de hac suppositione in se utrũ loc⁹ ꝯtineat locatũ. videẽ aũt φ nõ: q2 ꝯtinens videẽ esse mai⁹ cõtento. locus aũt est equalis locato. nõ ergo cõtinet ipsuz. Dicendũ locũ esse eq̃lem τ tñ ꝯtinere ipsum. φ aũt locus sit eq̃lis locato dupliciter declarari põt. primo sic. corp⁹ locatuz est ꝯtiguũ corpori locanti sed contigua sũt quoz ultima sunt sil' supficies q̃ corpis locãtis fm quã ꝯtiguaẽ locato est sil' cũ supficie corpis locati τ equaẽ ei: q2 dimẽsiones sil' extñes vna nõ excedẽte alia nec ecõuerso eq̃les sunt. cũ ergo illa supficies corpis locãtis sit attingẽs corp⁹ locatũ sit loc⁹ ei⁹ oportet φ loc⁹ sit eq̃lis locato: q2 est eq̃lis supficiei ei⁹. scḋo h̃ declaraẽ sic ex uõ magnitudine nõ fit magnitudo τ ex indiuisibilib⁹ nõ fit magnitudo diuisibilis. supficies ergo ex ea pte ex qua nõ habet magnitudinẽ nõ põt magnitudinẽ efficere. Cũ ergo locatuz total'r attingit locum suum: τ q2 si recederet simul cũ suo loco nõ susciperet augmẽtũ nec esset maioris q̃ntitatis: q2 cũ locus sit supficies τ vna supficies posita super aliã nihil augeat loc⁹ τ locatũ sil' sumpta non sunt plus q̃ locatũ solũ. nõ q̃ est loc⁹ maior locato cum nullã q̃ntitatẽ addat supra ipam. est ergo eq̃lis ei. dicitũ tñ ꝯtinere ipm inq̃ntum locatũ nõ extẽdit se extra locũ suũ sed h̃ nõ arguit locum maiorẽ eẽ locato. Nã τ ppria supficies est ꝯtẽtiua pprij corporis: q2 nullũ corp⁹ se extendit ultra ppriã supficiez. cũ q̃ dr φ cõtinẽs est mai⁹ ꝯtẽto intelligẽdũ est de ꝯtinẽte ut corp⁹ nõ de ꝯtinente ut supficies. qḋ eni cõtinet ut corp⁹ addit aliquã q̃ntitatem supple ꝯtẽtũ. nã si ꝯtẽtũ recederet cũ corpe continente maioris q̃ntitatis existeret. sed si recederet cũ loco: ul' cũ supficie ꝯtinẽte nõ esset maius q̃ pri⁹. ¶ Ulterius forte dubitaret aliq̃s de alia suppositiõe utrũ s. uerũ sit qḋ ꝯtor aut locũ differre a mã. q2 loc⁹ est sepabilis ab eo cuius est nõ aũt mã. videẽ aũt φ nõ: q2 cũ mã sit ingenita τ incorruptibilis ut dicebaẽ in pᷓmo. sepatabiẽ aũt ab eo cui⁹ est: q2 remanebit eo corrupto. Dicẽdũ φ mã dupliciter cõsiderari põt fm essentiaz τ fm esse. fm essentiam est ingenerata τ incorruptibilis: sed fm esse generaẽ τ corrumpiẽ. Cum ergo dicaẽ φ remanet mã corrupto composito uel corrupto eo cui⁹ est. intelligẽdũ est φ remanet q̃ntũ ad essentiã. non tñ remanet q̃ntũ ad eẽ. fm ergo esse qḋ habet in aliquo nõ sepaẽ ab eo cuius est. loc⁹ aũt sepaẽ a locato absq3 eo φ corrũpaẽ fm esse. loc⁹ enim nõ habet esse in locato: sed in locãte. ergo ppter sepationẽ locati nõ amittit suũ eẽ sed manẽs idem fm eẽ separi põt ab ipso. ¶ Ulterius aũt dubitari põt de trib⁹ alijs suppositionib⁹ per q̃s videẽ loc⁹ differre a uacuo: τ dubitaẽ pᷓmo utrũ loc⁹ differat a uacuo per h̃ φ est eq̃lis locato. videẽ aũt φ nõ. Nã ponẽtes locũ esse uacuũ dixerũt ipm esse dimensiones illas uel spatiũ illud qḋ est extra latera cõtinẽtis. cũ ergo illḋ spatiũ sit eq̃le locato nõ vĩ loc⁹ differre a uacuo per huiusmodi eq̃litatez. Dicendũ φ lz equale dicat pᷓuationez q2 opponiẽ pᷓuatiue magno τ paruo ut declarari habet x° metha^{ce}. huiusmodi tñ pᷓuatio fundaẽ in aliquo positiuo: q2 fundaẽ in aliq̃ quãtitate reali. naz sicut in vnũ in substãtia facit idẽ τ vnum in q̃litate simile sic vnũ in quãtitate facit eq̃le. cũ ergo uacuũ nõ dicat aliquã nãm positiuam sed loc⁹ dicat positiue nãm aliquã lz sit eq̃litas loci ad locatũ. uacuũ tamẽ ad locatũ uel ad aliqḋ corp⁹ nulla pprie eq̃litas esse põt. ¶ Ulterius forte dubitaret aliq̃s quḋ locus differt a uacuo per quartaz suppositionẽ ut q2 est signare in eo differẽtias locales sursum. s. τ deorsum. Dicendũ φ ut supra patuit sursum deorsum dextrũ siniſtrũ τ huiusmodi differẽtias locales nõ est sumere fm quãtitatẽ solum. si enim respiciaẽ sola quãtitas in animali non est vna pars magis dextera q̃ alia: sed si cõsideretur impulsus τ inceptio mot⁹ est signare in ipso aiali determinate partem dexteram differẽtem a sinistra: q2 illa erit pars dextera a qua incipit mot⁹. sic etiã sursum τ deorsum nõ accipiunẽ in vniuerso per solã diam quãtitatis sed fm differẽtiã motuũ. est eni sursum ubi feruntẽ leuia τ deorsũ ubi ferunẽ grauia. uacuum ergo qḋ de se dicit solã nãm priuatiuã has differẽtias habere nõ põt. imo si ponerem⁹ uacuũ dicere aliquo modo nãm positiuam ut dixerunt antiqui phi ponẽtes ipsum esse quasdaz dimẽsiones sepatas adhuc in eo tales differentias saluare nõ possemus. quia ut ostensum est in sola quantitate:

uel in solis dimensionibus h9 locales dñe determinate ꝛ simpliciter signari nō possunt. ex hoc aūt apparere pōt quō per quintam suppositionē differat loc9 a uacuo. nā in locū suū ꝓprium ferunt nālia ꝛ quiescunt ibidē tanq̄ in eo ubi magis saluari habet eorum natura. uacuū aūt talē virtutē saluatiuā importare nō potest. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet aūt tētare intentionem sic fieri ut quid sit reddantur: queque opposita saluantur: ꝛ que uident loco inesse insint ꝛ amplius discolie cā ꝛ oppositorum circa locū manifesta erit. Sic enim unūq̄ pulcherrime demonstratur vnūquodq̄.

¶ Ex suppositionib9 premissis ostendit quō detet inq̄rēdū sit de loco ꝛ quō inuestigāda sit diffinitio ei9 circa qō duo facit: q: pmo assignat modū quō determinādū sit de loco. 2° determinat de illo fm modū illum ibi ⌊ pmū qdē igit. ⌋ Dicit ergo ꝙ oportet tentare sic fieri intētione. i. sic īēdere de loco ꝛ inuenari diffōnes ei9 ut pmo reddaf qd sit loc9. 2° ut soluanf quecūq̄ opposita. i. quecūq̄ sunt dubitata fm locū. 3° ut quecūq̄ ꝓprietates videnf inesse ipsi loco isint. i. appareāt ipsi inesse. Ampli9 4° talis dz eē diffinitio loci ꝙ māifesta erit cā discolie ꝛ oppositoꝝ circa locum: q: ex diffōne loci scire poterim9 q̄re sitig discoꝛdauerūt circa ipm ꝛ habuerunt diuersas ꝛ oppositas opiones de eo. addidit aūt ꝙ sic qdem igit vnūq̄dq̄ pulcherrime demōstraf ꝛ māifestaf qñ talia circa ipsū declarāf. ¶ Dubitaret forte aliq̄s q: videf hic pħs uelle ꝙ diffinitio subi sit medium in demōstratione cū dicat ꝙ ex ea notificari habent ꝓprietates ꝛ passiones ei9. vñ c9 sup hūc locuz ait ꝙ diffōnes complete innate sunt reddere cās oium accidētiū existituz in re. oppositum aūt huius videf uelle pħs circa finē scdi posterioꝝ. ubi ait ꝙ ratio pmi termini est medium in demōstratione. pmus aūt termin9 in quolibet sill'o est maioꝛ extremitas. maioꝛ aūt extremitas in demōstratione est passio ꝓbanda de subiecto. vz ergo plane uelle ibidē ꝙ diffinitio passionis sit medium in demōstratione. Dicendum ꝙ de mā hac in quo sti tractatu nr̄o diffusius diximus ꝛ si cōtingeret nos scribere sup posteriorib9 hāc mām clarius tractarem9. Sed ut ad pñs spectat dicere possumus ꝙ diffinitio subiecti nō est ꝓpꝛie medium in demōstratione potissima: ꝛ per diffinitionez subiecti demōstratiue ꝓbari nō habent oē · ꝓprietates existētes in subiecto. Nā fm pħm ꝑ posterioꝝ augentur demōstrationes nō per media sed in post assumēdo. in demōstratione eniz potissima nec sūt pro pꝛie plura media ad vnā ꝯnem nec vnū mediū ad plures ꝯnes sed semꝑ ad vnaz ꝯnem est vnū medium. si ergo pħs c9 exponit hūc textū ꝙ si per diffōnes declaranf ꝓprietates: q: per eas si sunt cōplete assignanf cause oium accītiuz que sunt in re: patet ꝙ nō loquif de causa demonstratiua nec de declaratione fm demōstrationē: q: cū vni9 rei sit vnica diffinitio cōpleta. sint aūt ꝓprietates plures eēt vnū mediū ad plures ꝯnes demōstratiuas si per h9 diffinitionē demōstratiue ꝓbari possent tales ꝓprietates. possum9 ergo dicē ꝙ diffinitio subiecti cū claudat ipse pncipiū subiecti est causa ꝛ ratio oium accidentiū que sunt in subiecto. nam ex pn° subiecti oia talia accītia causanf. ergo ꝑ huiusmodi causalitatē diffinitio subiecti pōt dici pncipiū demonstrationis. nō tñ est ꝓpꝛie medium in demōstratione. Sed sicut ab eodē subiecto vna passio fluit mediante alia. sic q: modus cognoscendi ꝛ demōstrādi sumit origīnē ex modis essendi vna passio demōstraf per aliā ꝛ alia per aliā donec deuentaf ad passionē simpl'r pmam ꝛ imediatā que si demōstrari deberet demōstraref per diffōnē subiecti: q: nō habet aliqd aliud. ꝑus tñ h9 passiones que sūt pꝛime ꝛ imediate simpl'r demōstrari nō possunt: q: imediatoꝝ nō est simpl'r demōstratio ita ꝙ diffinitio subiecti nunq̄ est mediuz in demonstratione potissima. utruz aūt possit esse mediū in demōstratione aliq: ꝛ utrū possit ingredi demōstrationē ꝛ ad qd deseruire si ingrederef ꝛ quō deficeret demōstratio a demōstratione potissima si in ea acciperef diffinitio subiecti tanq̄ mediū declarare nō est psentis speculationis. Sufficiat aūt ad presens scire ut habeaf intentio pħi ꝙ q: diffinitio subiecti aggregat in se pn9 etus ex qb9 causanf oia accidētia que sunt in eo ex huiusmodi diffōne habēs viā ad reddendum cām oium accidētiū que sūt in eo. Nō tamē ois redditio cāe est ꝓbatio demōstratiua ꝛ si māz diffōnez subiecti accipemus ad reddēdū cām proprietatū que sunt in subiecto h9 redditio cause nō esset probatio demonstratiua ut est per habita manifestum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Primū qdē igif opoꝛtet itelligere ꝙ nō quereref locus nisi motus aliquis esset fz locū: ꝓpter hoc eni ꝛ celū maxime in loco esse opinanf: qō semꝑ in motu est. Huiusmodi autem aliud quidē est loci mutatio. Aliud ꝟo augmētū ꝛ decremētū. Et nāq̄ in augmēto ꝛ decremento trāsmutatur: ꝛ quod prius erat hic iterum transmutatum est in maius aut minus.

¶ Exequif de loco fm moduz dictū. dixit aūt q̄tuoꝛ determināda esse circa locuz. s. manifestatio qdditatis ei9. manifestatio discolie ul' diuersitatis opinionū circa locū solutio dubitatoꝝ ꝛ declaratio ꝓprietatū eius. q̄tuoꝛ ergo facit q: ꝑ ostēdit qd est loc9. 2° manifestat discolias ꝛ diuersitates opinionū circa locū. terno soluit dubitationes factas circa ipz ꝛ q̄rto declarat proprietates ei9. 2° ibi ⌊ cui qdē igitur corpi. ⌋ 3° ibi ⌊ manifestū aūt ex his. ⌋ 4° ibi ⌊ fertur igif sursus. ⌋ Circa primum duo facit: quia pmo pmittit quedā pambula necessaria ad declarādū qdditatē loci. 2° inuestigat de qdditate ei9 ibi ⌊ iā igif manifestū. ⌋ Circa pmū facit q̄tuoꝛ fm ꝙ q̄tuoꝛ talia pambula pmittit. 2° ibi ⌊ est aūt qō mouef. ⌋ 3° ibi ⌊ qm aūt. ⌋ 4° ibi ⌊ videf aūt h9. ⌋ Dicit ergo ꝙ pmū qdē oportet itelligē circa locū ꝙ non quereretur locus nisi esset motus aliqs fm locum propter hoc eni antiq pħi maxime opinanf celū eē in loco eo ꝙ semper est in motu. ꝛ quia dixerat ꝙ propter transmutationem loci queritur locus ostēdit quot modis fit transmutatio dicēs ꝙ huiusmodi. s. transmutare locum aliud quidem est loci mutatio. aliud autem augmentum ꝛ decrementum ꝛ namq̄ in augmento ꝛ decremento transmutaf locus: quia qō prius erat hic. s. in tanto loco iterū

transmutat in maius cu3 augetur:aut in min⁹.i.in minorem locum cum minuatur:quia igitur tā per motum localem q3 per motum augmenti ⁊ decrementi siue per augmentum ⁊ decrementum mutatur locus per oēs huiusmodi mot⁹ habem⁹ viā ut ingram⁹ de qdditate loci. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Est aūt qd mouet: aliud qdem per seipsum actu: aliud vo ꝭm accñs. Ipsius aūt qd ꝭm accñs est: alia qdem contingētia moueri per se: ut partes corporis: ⁊ in naui clau⁹. Alia vo non cōtingētia sed sem per ꝭm accñā: ut albedo ⁊ scia. Hec enī sicut trāsmutant locū: quod in quo sunt transmutatur.

¶ Ponit scdm preambulū dicens q id qd mutatur aliud quidem est actu. existēs per seipsum. aliud vo ꝭm accidēs. eorum autem que sunt ꝭm accidēs ⁊ quo mouent per accidens. alia quidem sunt cōtingentia moueri. i. possunt moueri per se ut ptes corporis ut clauus in naui. alia vo non sunt contingētia moueri per se sed semp mouent ꝭm accidēs ut albedo ⁊ scientia. hec enim solum sic transmutant locum eo q id in quo sunt transmutatur ꝭm locū. ¶ Notandum autem q sicut loquimur de natura rerum ⁊ earum existentia sic possum⁹ loqui de eorum motu. partes ergo q3 per se nō existunt per se non mouent. clauus enim fixus in naui nō monetur nisi ad motu3 nauis cū quia partes possunt separari a toto ⁊ clauus potest separari a naui: iō talis l3 q̄zdiu sunt coniuncta suis totis non mouentur per se. possunt tamen moueri per se: q3 possunt habere esse separatum ab eis. scietia vo ⁊ albedo ⁊ vniuersaliter accidentia: q3 nec habent esse per se nec possunt naturaliter separari ⁊ existere per se nec mouent per se nec possūt moueri per se sed solū mouentur per accidens ut per motum eorum in quo sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam aūt dicimus esse sicut in loco in celo: q3 in aere: hic aūt in celo ⁊ in aere aūt non oī: sed ppter ultimu3 ipsius: ⁊ cōtinēa in aere esse dicimus. Si enī oia aer locus: non equalis erit vniuscuiusq3 locus ⁊ vnūquodq3 locatum.

¶ Ponit tertiū preambulū dicēs q dicim⁹ aliquid esse in celo sicut in loco quia est in aere. hic autem aer est in celo. in aere aūt nō oī. i. nō toto: sed pp ultimū ipsi⁹ ⁊ pp illā parte3 aeris que est continens locatum dicimus ipsum locatū esse in aere. sic enī omnis aer. i. totus aer esset locus: loc⁹ vniuscuiusq3 locati ⁊ vnūquodq3 locatum non erit equale. ¶ Notandū autem q proprius locus est solum illa pars aeris continens locatum inerum: quia illa pars aeris est in toto aere ⁊ totus aer est in celo. iō aliquid est in celo quia est in aere qui est in celo: ⁊ est in aere quia est in hac parte aeris cōtinente ipsum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videt aūt huiusmodi ꝑmū in quo est. Cū qdem igit non diuisum sit continens sed cōtinuū: nō dicit esse in illo sicut in loco: sed sicut pars in toto. Cū vo diuisū sit ⁊ contactū: in ꝑmo quoda3 est ultimo cōtinētis quod neq3 pars est ipsi⁹: qd est in ipso: neq3 maius distātia sed eqle. In eodem enim ultima contingentium.

¶ Ponit quartum preambulum circa qd duo facit: quia primo premittit qd intendit. secundo probat qd dixerat ibi ⁊ cum continuum. Dicit ergo q cū aliquid huiusmodi videtur esse in eo in quo est primo. i. immediate cum illud cōtinens non sit diuisum ab eo sed continuum et non dicimus illd ee in illo sicut in loco sed sicut pars in toto: sed cu3 diuisum sit ut contactum. i. per contactum sit in primo. i. immediate in quodā ultimo continentis nec est pars ipsius qd est in ipso neq3 est maius distātia. i. maior magnitudo illa in qua est sed est equale ei: tunc supple est in eo tanq3 in loco. de ratione enim loci est q non sit continuus locato ⁊ q sit equalis ei ⁊ q sit simul cum eo: quia in eode3 sūt ultima contingentium. ultimum enim corporis cōtinētis qd est loc⁹ ⁊ ultimū corporis locati qd continet ipsum sunt simul. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et cū cōtinuū quidem sit: nō in illo mouetur: sed cū illo. Diuisum autem in illo. Et siue moueatur continens: siue non nihil minus. Amplius cum non diuisu3 sit: sicut pars in toto dicitur: ut sicut in oculo visus. ⁊ in corpore manus. Cum aūt diuisum est: ut in cado aqua: ⁊ in cipho vinum. Manus qdem enī cū corpore mouetur: aqua autem in cado.

¶ Probat qd dixerat. videlicet q locus nō est continuus ipsi locato. tangit autem tres breues rationes ad hoc ostendendum. prima est q cum continuum est aliquid alicui. tunc illud non mouet in illo sed cu3 illo. sed si est diuisum potest moueri in illo. cum ergo locatum possit moueri in suo loco locus non erit cōtinu⁹ sibi sed contiguus. secunda ratio est quia siue moueatur continens. i. locus siue nō nihil minus supple potest moueri locatu3. imo de ratione locati est q possit moueri loco existēte imobili qd nō posset cōtingere si esset loc⁹ quid cōtinuum cum eo amplius. tertia ratio est q3 cu3 nō diuisum sit contentu3 a continente: tunc dicit esse in eo sicut pars in toto ut sicut visus in oculo que est pars formalis ei⁹: aut sicut man⁹ i corpore que est pars quātitatiua ipsi⁹: sed cum diuisum est cōtentum a continente. tunc est in eo ut aqua in toto i. in vase ut vinum in cipho. Cum ergo locatu3 nō sit in loco sicut manus in corpore: q3 manus non mouetur in corpore sed cum corpore: sed si sit locatu3 in loco sicut aqua in cado que mouetur in cado: quia aqua nō est continua cado sed cōtigua: sequit q locus nō sit cōtinuus sed cōtiguus. ¶ Notandū aūt hec quatuor preambula deseruire ad inuestigandum quidditatem loci. Si enim uolum⁹ scire quid est locus oportet nos scire quare queritur locus qd fecit preambulum primum. oportet etiam scire quorum est locus per se ⁊ quorum per accidēs qd fecit ꝑambulu3 scdm. ⁊ quō accipitur locus communis ⁊ quomodo proprius qd faciebat preambulū tertiū. ⁊ q̄rto sciēdū est quō se ha-

bet loc⁹ ad locatū utrū sit ꝯtinu⁹ uel ꝯtiguus ei qđ declaratum fuit per preambulum quartum.

Lectio. VI.

Iam igitur manifestuz ex his quid locus. uere enīz quatuoꝛ sunt: quorum necesse est locum vnum aliquid esse. Aut enīz forma. aut materia est aut spaciū aliquod in medio extremorum aut extrema: sed non est spacium ullum preter impositi corporis magnitudinem. Horum autem quod tria non contingat esse: manifestuz est.

¶ Premissis preambulis ad inuestigādū qdditatē loci. in parte ista incipit inuestigare de qdditate ei⁹ circa qđ duo facit: qꝛ ꝑ inuestigat qd nō est loc⁹. 2° qd est loc⁹ ibi [si igiť nihil hoꝝ.] Circa ꝑmuz duo facit: qꝛ ꝑ ꝯtinuat se ad dicēda. 2° exequiť de intēto ibi [sed pꝛ illđ.] ¶ Ad euidētiā aūt ꝑme ptis sciendū ꝙ ut supius tāgebať de loco fuerūt tres male opiones: qꝛꝫ vna fuit ꝙ loc⁹ eēt mā. alia ꝙ eēt forma. tertia ꝙ eēt spatiū inter latera corpis cōtinētis. qrta vō opinio fuit Aristo. s. ꝙ loc⁹ esset supficies corpis ꝯtinētis. ideo pħs ait ꝙ manifestum est ex his. i. ex opinionib⁹ iam dictis qd sit loc⁹. vere enim qtuoꝛ sunt quoꝝ vnū aliqd vꝫ esse. aut enim est forma aut mā aut spatiū aliqđ in medio extremoꝝ. i. aut est spatiū contentum in medio inter extremitates. i. inter supficiē corpis ꝯtinētis. aut qrto loc⁹ est extrema. i. extremitas siue supficies corporis cōtinētis. Sed nullū est spatiū ꝑter magnitudinē corpis interpositi. subdit aūt ꝙ manifestū est ꝙ tria hoꝝ nō cōtingat esse locū. neqꝫ enim est mā neqꝫ forma neqꝫ spatiū. relinquiť igiť qrtū videlicet ꝙ sit extremitas uel ꝙ sit supficies corpis ꝯtinētis. ¶ Notādū aūt ꝙ dicit forte locū eē vnū ex qtuoꝛ: qꝛ nōdū plene manifestū est quid illoruz sit loc⁹. ideo sub dubitatione de eo loquimur. ¶ Notandū ēt ꝙ esse aliqđ spatiū uel esse aliquā magnitudinē intra latera corpis cōtinentis est uerū ꝛ nō est uerū. uerū est enim intra latera h⁹ corpis esse dimēsiōes ꝛ magnitudinē corpis locati: sꝫ ꝙ ꝑter h⁹ dimēsiōes ꝛ ꝑter h⁹ magnitudinē sit ibi magnitudo alia separata a magnitudine locati ut ponebāt antiqui est ipossibile. ideo aūt nullū eē spatiū. s. separatum uel magnitudinē sepatā ꝑter magnitudinē corpis īterpositi. Si enim uas sit plenū aqua inter latera uasis nō sūt alie dimēsiones ꝑter dimēsiones aq̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed propter id quod continet: uidetur forma esse. In eo dem enīz sunt extrema continentia ꝛ contenti. Sunt quidem igitur utraqꝫ termini: sed non eiusdem: sed species quidam rei. Locus autem continentis corporis.

¶ Exequitur de intēto circa qđ tria facit: qꝛ ꝑ ostendit ꝙ locus nō est forma. scđo ꝙ nō est spatiū. tertio ꝙ nō est mā. 2° ibi [sed ex eo qđ mutať.] 3° ibi [ꝛ ma aūt.] Dicit ergo ꝙ ꝓpter illđ qđ loc⁹ cōtinet vꝫ esse forma cū forme sit ꝯtinere. ꝙ aūt locus ꝯtineat patet: qꝛ extrema. i. ultima corpis ꝯtinētis ꝛ ꝯtenti sunt in eodē. i. sunt simul. locatū enī nō se extēdit extra locū suū ut supficies locati est simul cū ip̄o loco siue est simul cū supficie locātis quod nō eēt nisi loc⁹ terminat locatū ꝛ ꝯtineret ip̄m. lꝫ ꝙ loc⁹ cōtineat ꝛ sit termin⁹ nō tn̄ est forma: qꝛ nō est eodē mō termin⁹ sicut illa. ideo ait. sūt igiť termini utraqꝫ. s. loc⁹ ꝛ forma sed nō eiusdē: sꝫ spēs. i. forma est termin⁹ rei ꝯtēte. loc⁹ aūt est termin⁹ corpis ꝯtinētis. forma enī est in eo cui⁹ est forma: sed locus nō est in eo cuius est loc⁹: qꝛ nō est ut in subiecto in corpe locato sed in locante. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ex eo ꝙ mutatur multotiens manente continente contentum ꝛ diuisum: ut ex uase aqua: ipsum mediuz esse aliqd uidetur spaciuz: tanqꝫ aliqd sit preter corpus quod transfertur.

¶ Ostēdit ꝙ loc⁹ nō est h⁹ spatiuz ut ponebāt antiqui circa qđ duo facit: qꝛ ꝑ ostendit vn̄ mouebanť antiqui ad dicēdū locū eē tale spatiū. scđo arguit in ꝯtriū ostēdēs ꝙ loc⁹ tale spatium esse non possit ibi [hoc aūt nō est.] Dicit ergo ꝙ ex eo ꝙ manente ꝯtinente ut manēte uase cōtētuz ꝛ diuisum mutať multotiēs ut ex uase exit aq̄ ꝛ intrabit ibi aer ꝛ ecōuerso: qꝛ ergo ita est videť loc⁹ eē ip̄m mediū ꝛ esse aliqđ qđ est spatiū inter latera corpis ꝯtinētis tanqꝫ huiusmodi spatiū sit aliqd ꝑter corp⁹ qđ trāsfertur. i. ꝑter corp⁹ locatū. ¶ Notādū autē ꝙ qꝛ non vꝫ moueri loc⁹ pp mutationez locati cū antiqui viderēt trāsmutare corpa adinuicē: qꝛ in eodē cōtinēte intra latera eiusdē uasis aliqn̄ videbāt esse aerē aliqn̄ aquā posuerūt illđ spatiū mediū īter latera continētis eē locū qđ dicebāt nō trāsmutari ꝓpter trāsmutationē corpoꝝ ꝯtētoꝝ. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hoc autem non est: sed contingens incidit corpus eorum que transferuntur: ꝛ que se apta nata sunt contingere. Si autem aliquid esset spacium aptum natum ꝛ manens in eodē loco: infiniti unqꝫ eēnt loci. Distante enim aere ꝛ aqua idem facient omnea partea in toto: quod quidē omnia aqua in uase.

¶ Ostēdit locū nō esse huiusmodi spatiū sepatū circa qđ duo facit ꝙm ꝙ ad duo incōuenientia adducit si loc⁹ ponať eē h⁹ spatiū. 2° ibi [simul aūt est.] Dicit ergo hoc aūt nō est videlicet ꝙ loc⁹ sit tale spatiuz: sed incidit ꝯtingēs corp⁹. i. aliqđ corp⁹ eoꝝ que trāsferunť ꝛ que sūt se apta nata ꝯtingere. inter latera ꝙ corpis ꝯtinētis nō sūt aliq̄ dimēsiōes ꝑter dimēsiōes corpis ꝯtigētis siue corpis locati qđ trāsfertur ꝙm locū. nō ergo loc⁹ est h⁹ dimēsiones ul' h⁹ spatiū. sed si eēt aliqđ spatiū manens in eodē loco qđ eēt aptū natū per se existere ꝑter dimēsiones locati ut ponebāt antiqui dicētes tale spatiū esse locuz hoc posito sequereť hꝫ incōueniens ꝙ infiniti utiqꝫ eēnt loci: qꝛ trāsmutāte aere ꝛ aq̄ idē faciunt oēs ptes in toto qđ qdē facit ois aq̄. i. tota aq̄ in uase. nā ꝙm hāc hipothesim rn̄debit locus oib⁹ ptib⁹ sicut toti: qꝛ ergo in toto sunt infinite partes infiniti erūt loci in actu qđ est inconueniēs. ¶ Dubitaret forte aliqs vn̄ sequať hec ꝯñtia ꝙ si locus esset dimensiones uel spatium separatum ꝙ essent infiniti loci ꝛ ꝙ responderet locus cuilibet parti sicut ꝛ

toti. Dicendū q̄ hanc consequentiam dupliciter declarare possumus primo sic. nunq̄ȝ dimēsiones alias dimensiones subintrant nisi eas separent ꝛ diuident. si enim dimensiones claui subintrarent dimēsiones cere oporteret q̄ cera in suis partibus pateretur diuisionem ꝛ scissuram. Si ergo totaliter dimēsiones alique dimēsiones alias subintrarēt totaliter eas separent ꝛ diuiderēt ꝓpter qd̄ si loc⁹ eēt h⁹ᵐ dimēsiones: q2 hoc posito dimēsiones ille totaliter subintrarēt dimēsiones locati oporteret locatū totaliter diuidi. diuideret ergo locatū pp dimensiones subintrantes in tꝑ ȝ in tot ptes in quot diuisibile eēt: q2 ergo diuisibile est in ptes ifinitas si locus esset tales dimēsiones de quolibet locato fierēt actu ifinite ptes: q2 ergo pti sepate a toto debet loc⁹ in actu eēnt infiniti loci ꝛ hoc facerēt oēs ptes in toto qd̄ facit oīs aq̄ in uase: q2 sicut tota aq̄ hēt esse sepatum a uase ꝛ debet ei per se loc⁹ sicut q̄libet pars habēt esse sepatuȝ a toto ꝛ deberet ei per se loc⁹. essent ergo ifiniti loci pp infinitas ptes.

C Aduertēdū aūt q̄ ponētes locū eē huiusmodi dimēsiones ꝯdictoria ponūt. nā cū dimēsiōes per se dimēsionib⁹ resistāt ꝛ nunq̄ȝ dimēsio dimēsionē igrediat qd̄ patiat secū eā nisi illā separet ꝛ diuidat si spatiū esset h⁹ᵐ dimēsiones: dimensiones ille igrederent dimēsiones locati: ꝛ q2 totaliter subintrarēt eas totaliter diuiderēt locatū in tot ptes in q̄t diuisibile eēt. eo ergo q̄ spatiū ponat eē huiusmodi dimensiones ponit q̄ dicta diuisio fiat ꝛ ponit q̄ dimēsiones ille dimēsionib⁹ locati resistāt: quia vō dictū spatiū dicit esse locus cū loc⁹ sit simul cū locato erūt dimēsiones illi⁹ spatij simul cū dimensionibus corpis locati propter qd̄ sequit q̄ fiat dicta sepatio ꝛ q̄ nō fiat uerū: q2 semp ponētes falsū implicant aliquo modo ꝯdictoria: q2 uel dicūt eē qd̄ non est uel non esse qd̄ est licebit sic opponētes ipugnare ex qualibet pte ꝯdictionis cū utrāq̄ȝ ponāt. poterim⁹ ergo arguere ꝯtra ponētes locū esse dimēsiones sepatas q̄ sint infiniti loci: q2 ad hanc positionē fm vnū modū cōcludēdi sequit locatuȝ diuidi in infinitas partes ꝛ esse ifinita loca ꝓpter infinitatē partiū. secūda via sic patet: q2 res est in loco per quātitatē suam ꝛ per dimēsiones suas. sicut ḡ loquimur de dimēsionib⁹ ꝛ de q̄ntitate rei sic debemus loqui de loco ei⁹. in quolibet eniȝ corpe possumus distinguē dimēsiones in actu ꝛ in potētia. dimēsiōes eniȝ toti⁹ ut sīt videnf dicere gd in actu. Sed dimēsiones partiū ut partiū sūnt videntur dicere gd in potētia. supficies enim ꝯtinens totū est supficies in actu. Sed supficies ꝯtinēs partē est gd in potētia. pri⁹ eniȝ q̄ȝ pars sit diuisa a suo toto nō est signare supficiē aliquā in actu que ꝑ ꝛ imediate sit ꝯtētiua partis. pōt tñ fieri huiusmodi supficies in actu per diuisionē ꝯtinui. sicut eniȝ ex diuisiōe linee fiūt pūcta in actu sic ex diuisiōe corporis fiūt supficies in actu ꝛ facta diuisione est signare supficiē in actu ꝯtētiuā ptis que ante diuisionem nō erat in actu sed in potentia. hinc est ḡ q̄ q2 loc⁹ fm ūitatē est supficies corpis ꝯtinentis: q2 talis supficies solū applicat supficiei ultime corpis locati que est supficies in actu locus in actu debet ipsi toti: q2 illa supficies ad quā applicat loc⁹ non respicit partes fm q̄ h⁹ᵐ. sed magis respicit ipsum totū. partes enim q̄ȝdiu sunt cōtinue toti nō sūt in loco in actu: sed in potētia: q2 nō habēt supficiem actu cōtinētem eas ad quā loc⁹ actu applicari possit. sed si loc⁹ eēt dimēsiones sepate: q2 dimēsiones ille totaliter subingrederent dimēsiones locati ꝛ applicarēt se nō solū dimēsionib⁹ in actu: sed et dimēsionib⁹ in potētia seq̄ret q̄ ipsis ptib⁹ per se respōderet loc⁹ quarū est habere dimēsiones in potētia: iō pbās aūt q̄ hoc facerēt ptes in toto qd̄ tota aqua in uase: q2 sicut toti aque respōderet per se loc⁹ sic si loc⁹ esset h⁹ᵐ dimēsiōes cuilibet pti rn̄deret loc⁹ cū ostēsuȝ sit hac positiōe posita locū applicari nō solū dimēsionib⁹ in actu ȝ et in potētia. rn̄debit ḡ loc⁹ p se ptib⁹ existēb⁹ in potētia: ꝛ q2 ifinite sūt tales ptes infiniti erunt loci. C Deinde cum dicit.

C Simul autem erit ꝛ locus transmutās quare erit loci alius locus. Et multi loci simul erunt.

C Adducit scd̄ȝ icōueniēs cōtra positionē factā. circa qd̄ duo facit: q2 ꝑ facit qd̄ dictū est. scd̄o remouet q̄sdam cauillationes possibiles fieri circa determinata ibi [nō est aūt.] Dicit ergo q̄ si ponat loc⁹ esse huiusmodi spatiū uel eē h⁹ᵐ dimēsiones simul cū dicto icōueniēti videlicet q̄ erūt ifiniti loci erit aliud icōueniēs. s. q̄ loc⁹ erit trāsmutās. i. erit gd mobile q̄re loci erit loc⁹ ꝛ multi loci erūt simul qd̄ est icōueniēs. C Dubitaret forte aliqs si loc⁹ esset h⁹ᵐ spatiuȝ uel si eēt dimēsiones sepatate utrū esset trāsmutās uel utrū esset gd mobile. Dicēdum q̄ fm eē q̄ntuȝ nō separatur a quali nec est dare dimēsiones separatas fm esse a materia sensibili: q2 si hoc eēt tūc mathematica sciētia que est de quāto ȝ qd̄ huiusmodi nō solū esset de abstractis ȝ cōsiderationem: sed etiā fm esse. modus ergo mathematic⁹ ꝛ mathematicus essent paris abstractionis qd̄ est icōueniēs. nō solū igit huiusmodi dimēsiones nō sunt locus: sed etiā nō est ponē tales dimēsiones sicut ponebāt antiq. tamē si eēt dare tales dimēsiones infra latera corpis cōtinētis moto corpe cōtinente mouerent dimensiones ꝑdicte. C Ulterius forte dubitaret aliqs utrū ex hoc sequeret q̄ loci esset loc⁹ ꝛ q̄ multi loci essent simul. Dicendū q̄ ponere tales dimēsiones esse locū nihil est aliud q̄ȝ dicere corp⁹ mathematicū esse locū. mathematicis aūt ut dicit in de ḡnatione capitulo de tactu. debet tact⁹ ꝛ locus: uerūtamē sicut existunt mathematica sic debet eis loc⁹: q2 si mathematica nō sūt sepata fm esse sed solū fm intellectū ꝛ imaginationē nō debet eis loc⁹ nisi imaginat⁹. sed si vō existerēt sepata fm esse ꝛ uere sūt mobilia uere debet eis locus. sicut ergo aqua existēte in uase ꝑter dimēsiones aque ponim⁹ inter latera uasis quasdā dimēsiones sepatas que sūt locus ipsius aque sic ꝑter illas dimēsiones sepatas oportebit nos dare tertias dimēsiones que sint locus illarū dimēsionū sepatarū cū ostēsum sit q̄ illis dimēsionib⁹ cōpetit habē locū nō solum imaginatū sed etiā uerū ꝛ existentē. erit ergo loci locus ꝛ multi loci erūt simul. imo ifiniti loci erūt simul q2 si sic posuerim⁹ locū esse h⁹ᵐ spatiū uel h⁹ᵐ dimēsiones sicut ꝑter dimēsiones aque dam⁹ alias dimēsiones que sint loc⁹ ei⁹ sic ꝛ in illis dimēsionib⁹ dabim⁹ alias dimēsiones ꝛ aliqs alias ꝛ sic in ifinitū. C Notandū ergo q̄ tā per ꝑmū inconueniens q̄ȝ etiā per istud cōcludit infinitas locoꝝ. aliter tamē ꝛ aliter: quia primo ꝯcludebat huiusmodi ifinitas

quia ponendo locu esse huiusmodi spatium sequebatur q partib debebatur locus sicut & toti. hic autem concluditur talis infinitas: quia hoc posito sequitur q loci sit locus quare ratio loci ibit in infinitu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nō est autē alius locus partis in quo mouetur: cum totum uas trāsmutatur: sed idem in quo enim est commutatur aer & aqua aut partes aque. Sed nō in quo fiunt loco: qui pars est loci: qui est locus totius celi.

¶ Remouet quasdā cauillatiōes possibiles fieri circa determinata. Cauillaret enī forte aliqs dicens q de loco loquēdo sm opinionē phi oportet ponere infinitatē locorum cum qlibet corpus cōtinuū habeat infinitas partes. Ad hō ergo remouendū ait q cum totū uas transmutatur nō est alius locus partis q locus in quo mouetur totū idest q locus totius: sed idem. & qr dixerat uas trāsmutari ne aliqs crederet locū esse trāsmutabilē ostēdit quō trāsmutatur dicēs q cū mutatur idest trāsmutatur supple uas uel corpus cōtinēs in quo est aer & aqua: aut partes aque sed nō transmutatur in quo loco fuerūt qui locus est pars loci qui est locus totius celi. mutatur ergo locus māliter: qr trāsmutari pōt uas uel corpus aliquō cōtinēs. Sed nō trāsmutatur locus ut locus est siue formaliter: qr ordo ad celū uel ordo ad uniuersum qō est formale in loco est qd imobile. ¶ Notādum ergo q qr sm opinionē phi & sm ueritatem ptibus nō respōdet locus in actu nisi locus totius ppter infinitatē partiū nō possumus arguere infinitatē locorum sicut arguebamus cōtra ponētes locum esse spatium sm qō sequebatur q partib sm q huiusmodi deberetur locus. Rursus qr locus formaliter est immobilis nō possumus arguere q loci sit locus. ne ergo aliqs cauillaret contra phm q esset locorum infinitas ppter infinitatem partiū: & qr loci esset locus ppter imobilitatem loci. ideo ut tales cauillationes remoueat ostēdit q partib non debetur locus actu nisi ratione totius. & q locus est imobilis formaliter & per se lz māliter & per accidens transmutari possit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et materia autem uidetur utiqz esse locus: si in quiescenti aliquis cōsideret & nō in separato sed continuo. Sicut enim si alteratur. est hoc quidem nunc unqz album. nunc autem nigrum: & nunc quidē durum. olī autem molle. Unde dicimus aliquid esse materiam sic & locus per talem quandam uidetur esse fantasiā. Ueruntamen illud quidem quoniā qō nūc est aqua: prius erat aer. Locus autem qr ubi nunc est aqua: ibi erat aer.

¶ Ostēdit q locus nō est mā. circa qō duo facit: qr pō ostendit unde moueri poterāt ponētes locū esse mām. secūdo arguit in ōrium ostēdēs q locus nō possit esse mā ibi [Sed ma qdem.] Dicit ergo q locus aūt uidetur esse mā si aliqs cōsideret in quiescenti non separato sed continuo. ¶ Quō aūt locus uideatur eē materia patet. qr sicut si altereturaliquid hoc idest qō nunc est albū. nūc aūt idest postea est nigrū. sicut aūt qō nūc est durū olim fuit molle. unde ppter talem trāsmutationē formarū dicimus aliquid esse materiā sicut & locus per talem quandā fantasiā idest apparentiā uidetur aliquid esse locus: qr ergo quodāmodo est silis modus ueniēdi locū & materiam: qr transmutatio facit scire aliqd esse utrūqz. ideo opinati sunt aliqui locū esse mām: & qr nō eadem trāsmutatio facit nos scire esse aliqd locum & mām. ideo subdit q ueruntamē supple sm transmutationē mālem qō nūc est aqua prius erat aer. locus aūt est idest sm trāsmutationē localem ubi nūc est aqua prius ibi erat aer. ¶ Notādū aūt q ait q locus uidetur esse materia si aliqs cōsideret in quiescēte: qr sicut locus quodāmodo quiescere dicitur qr ipse manens immobilis fit in eo trāsmutatio corporum: sic & mā quodāmodo dicitur quiescere: qr ipsa manēs igenerabilis & icorruptibilis fit in ea gnātio & corruptio aliorum. ¶ Notādū etiā q dicit in continuo nō separato qr mā in hoc differt a loco: qr locus est qd separatum ab eo cuius est locus. mā uero nō est qd separatū ab eo cuius est mā. si ergo locus debet apparere mā nos debet fieri cōsideratio in separato: qr mā non est quid separatum. ¶ Notādū etiam q qr trāsmutatio sm mām est transmutatio formarum. trāsmutatio uero sm locum est trāsmutatio corporum. ideo mālis transmutatio differt a locali: qr sm trāsmutationē mālē nō dicitur ubi prius erat aer ibi postea est aqua: qr aer & aqua nō dicūt solā formā sed nolant ipsū cōpositū. sm ergo hāc trāsmutationē dici pōt q mā que prius erat sub forma aeris postea fit sub forma aque: uel qō prius erat aer postea fit aqua. Sed sm trāsmutationē localē ubi est trāsmutatio ipsorum cōpositorum uel ipsorum corporum competenter dicitur q ubi prius erat aqua ibi postea est aer: & ecōuerso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed materia quidem sicut dictum est in prioribus neqz diuisa est a re: neqz continet rem. locus autem utraqz.

¶ Arguit ōrium ostēdēs locū nō esse mām dicēs q mā quidem sicut dictū est in priorib neqz diuisa est a re neqz ōtinet. locus aūt est ut supra. nō igitur eē pōt q locus sit mā ppter utraqz hec qr. s. habet rōnē ōtinētis & est qd separatū ab eo cuius est locus. mā uero habet rationem contenti & non est qd diuisum ab eo cuius est materia.

Lectio. VII.

Igitur nihil horum trium locus est: neqz species: neqz materia: neqz spatium aliquod: sed semper est alterum preter id quod est rei distantia: necesse est locum esse reliquum de quatuor: continens terminū corporis. Dico autem contentum corpus qō mouetur sm loci mutationem.

¶ Postq phs ostēdit qd nō est locus: qr nō est aliqd dictorum triū: qr non est mā nec forma nec spatiū. in pterita uenatur qd est locus: qr est ōtentū. uz. terminus corporis ōtinētis. in uenādo aūt qd est locus duo. s. qr pō uenatur ptes qdditatis eius siue diffinitionis ipsius. 2° ōcludit diffinitionē eius tanqz uenatā ibi [quare terminus ōtinētis.] diffō aūt loci hō est q locus ē termin

ptinētis imo^{us} pmū. In hac autē diffōne est aliqd male aliqd formale. Nā totum hoc videlicet termin^{us} ptinentis pmū est qsi male in loco. qd vo additur imobilis est qsi formale in eo. Nā ordo ad vniuersū pp quē ordinē loc^{us} hēt imobilitatem est qsi qd formale in loco. duo ergo facit: qz p uenat illō qd est māle in loco. z^{o} id qd est formale ibi [videt aūt magnū.] Dicit ergo q si loc^{us} nihil est hoz triū: qz neqz spēs neqz mā neqz spatiuz aliqd qd est alteruz pter id qd est rei distātia. i. rei locate z cōtēte que distat. i. differt ab huiusmodi spatio. Si ḡ loc^{us} nō est tale spatiū differēs a re locata neqz est mā neqz forma necesse est locuz esse reliquū qtuor. s. termi num corpis ptinētis: ptinetis supple corp^{us} ptentū uel corp^{us} locatuz z exponit sequētem qd appellat corp^{us} locatū uel ptētum. dicit q corp^{us} ptētū est qd moueš fm loci mutationē. sicut enī de rōne loci est q sit qd imobile sic de rōne locati z ptēti est q moueaš fm loci mutationem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videš aūt magnū aliqd z difficile accipi qd est locus: z propter hoc qd apparere eē materia z forma: z propter hoc qdē q in quiescente z continente fit transmutatio eius quod ferš: ptigere enī videš eē spatium medium aliud aliquid amotis magnitudinibus. proficit autez aliqd z aer: z apparens icorporeus esse. Videtur enī non solum termin^{us} uasis esse locus: sed z qd est medium tanqz uacuum.

¶ Venaš id qd est formale in loco circa qd duo facit qz p ait esse difficile z magnū accipe qd est loc^{us}. secūdo pmissa difficultate circa qdditatē loci inuestigat id qd est formale in qdditate loci. videlicet q loc^{us} est qd imobile ibi [est aūt sicut uas.] Dicit ergo q videš aliqd magnuz z difficile accipi locus idest accipe qd sit loc^{us} ut habet alia lra. ppter hoc q loc^{us} apparet esse mā z forma z pptet hoc etiaz q in cōtinēti z quiescēti fit trāsmutatio ei^{us} qd ferš. ideo videš ptingere locū esse spatiū mediuz qd est aliqd aliō a magnitudinib^{us} motis: qz ergo loc^{us} cōuenit cū mā z forma z spatio difficile est accipere qdditatez ei^{us} z addit q pficit aūt aliqd. i. iuuat z iducit ad hoc q loc^{us} videaš esse spatiū aer qui est apparēs esse incorpore^{us}. videš enim ex hoc loc^{us} non solum esse terminus uasis. i. superficies uasis. sed eē id qd est mediū tanqz uacuū. ¶ Notandū aūt q supficialiter cōsiderādo de loco cū cōsideram^{us} in uase quiescente pleno aere: qz in illo spatio in quo est aer recipiš aqua videš loc^{us} esse illud spatiuz qd est mediū inter latera uasis. imo qz aer habet qlitates ualde insensibiles hoies sensibiles plenum aere repuiant uacuum. pficit ḡ aer ad hoc q loc^{us} videaš eē spatiū: qz aer qui est inter latera uasis qui pp sui icorporeitatē. i. isensibilitatē credit esse spatiū uacuū. qz ille talis aer vr esse loc^{us}. adeo loc^{us} credit esse tale spatiū mediuz. qz eniz istā aēr aq in uase non videm^{us} ide extre aerē. idē credim^{us} esse locū uacuum z spatiuz aere plenū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Est autem sicut uas locus transmutabilis: sic locus uas imobile: vnde cū quidē in eo qd mouetur moueatur: z mutetur quod intus: ut in flumine nauis: tanqz uase uertitur magis qz loco ptinēti: vult autem imobilis locus esse. Unde ois fluui^{us} magis locus est: qz imobilis omnis.

¶ Venaš qd est formale in loco videlicet q loc^{us} est qd imobile dicēs q sicut uas est loc^{us} trāsmutabilis sic z loc^{us} est uas imobile. vñ cū in eo qd moueš moueaš z muteš aliqd qd est intus ut int^{us} in amne idest int^{us} in flumine nauis. Nauis eniz cū moueš itus in amne uel itus in flumine cū ipm flumen sit qd mobile moueš itus in eo qd moueš. Luz ergo ita est nauis utiš sup: a toto flumine tanqz uase. i. tanqz loco magis qz loco ptinēti. vz eni tot^{us} fluui^{us} magis esse locus nauis qz illa ps fluuij ptinēs nauē. adeo subdit q locus vult esse imobilis. vñ ois terminus. i. tot^{us} termin^{us} uel totus fluuius ut habet alia littera magis est loc^{us} nauis qz pars fluuij: qz partes fluuij mouentur. Sed ois idest tot^{us} fluui^{us} est quodāmō imobilis. ¶ Notādū autē q uas z qdlibet corp^{us} cōtinēs ut supra tāgebaš noiat locū māliter solū: z qz loc^{us} māliter transmutaš tō uas dicis esse loc^{us} nō quocūqz mō: sed loc^{us} trāsmutabilis. locus vo dicis esse uas imobile: qz locus nō nominat uas uel corp^{us} cōtinēs absolute sed noiat ipz ut habet ordinē ad vniuersū: qz ergo ex tali ordine Ƶhit locus imobilitatem adeo sicut uas est loc^{us} transmutabilis qz noiat locum solū māliter sic loc^{us} formaliter z ut est uas immobile: qz est ut uas habēs ordinez ad vniuersum ex quo ordine immobilitatem trahit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare terminus continentis imobilis primum hic est locus.

¶ Ex his que dixerat pcludit diffinitionē loci tanqz uenatam. circa quod duo facit: qz p cōcludit huius diffinitionē. secūdo manifestat mēbra posita in huiusmodi diffinitione ibi [z pp hoc manifestū est.] Dicit ergo q hoc est loc^{us} idest hoc est diffinitio loci videlicet q est terminus continētis immobilis primū. ¶ Notandū aūt q locus est termin^{us} idest supficies ptinētis imobilis. nō supficies quelibet sed supficies illa que pmū z imediate attingit ipsum locatū. tria ergo sunt de rōne loci videlicet q sit supficies cōtinēs. q sit qd imobile. z tertio q p z imediate attingat ipm locatū. ¶ Dubitaret forte aliqs de quidditate loci. z pmo dubitari pōt de genere loci in quo genere sit loc^{us} videš q sit in genere qlitatis. nā si locus habet quandā vtutē z potētiam saluatiuā cum hoc ptineat ad nālem potentiam uel ipotētiaz que est scda species qualitatis videtur q locus sit in genere qualitatis z nō quātitatis cū quātum fm q huiusmodi nō videaš dicē qd saluatiuum. ¶ Amp^{li}^{us} videš q loc^{us} sit in genere relationis cum dicaš relatiue ad locatū. in Ƶtrū est phs qui in predicamētis collocat locum in genere qtitatis etiā in hoc libro cū dicat loci eē supficiem z terminum corpis cōtinētis reponit ipsum in gñe quātitatis. Dicendū q quidā dixerūt locuz esse in gñe quātitatis z qualitatis: qz ut est termin^{us} supficies ptinet ad quātitatez sz ut dicit vtutē quādam saluatiuam ptinet ad qlitatē: sed istō stare nō pōt: qz vnū z idem formaliter ad diuersa pdicamēta pertinere nō pōt cū diuersoz generuz z nō subalternatim positoz diuerse sunt spēs z dñe locus.

ergo sumpt⁹ formaliter ꝛ ut loc⁹ est ad diuersa ꝑ-dicamēta pertinere non pōt. Dicam⁹ igit̄ ꝙ quātū dupl'r pōt cōsiderari uel ut q̄ntū uel ut est termin⁹ corp⁹ nāl'is. ꝑm o modo ptinet considerare de quāto ad mathematicū. secūdo ad nālem. q̄ntum ergo f3 cōsideratonē mathematicā nō habet ꝙ saluet nec ꝙ corrūpat. Sed quātū nāle ꝯsequr hēt salus ꝛ corruptio. Nam f'm quātitatē sic sumptū sumū-tur debitus ordo debita distātia ad h⁹ sensibile. q̄n-tū ergo ut est de cōsideratione naturali nō est qd abstractū a materia sensibili. qꝛ ergo f3 ꝙ accipit̄ alia ꝛ alia distantia ab orbe ꝛ f'm ꝙ aliqd cōtinet̄ alio ꝛ alio termino corporis nālis potest cōsequi salutē ꝛ corruptionē. ꝛ ideo locus hēt vim saluatiuā si sit ꝓpri⁹. ꝛ vim corruptiuā si sit alicu⁹. ꝑut eni res habent aliam ꝛ aliā naturam habēt saluari in alia ꝛ alia distantia ab orbe. locus ergo qꝛ termi-nus ꝛ superficies est quātitas est. Qd' aūt habet virtutē saluatiuā vel corruptiuā hoc nō est ut est quid mathematicum sed ut est quid nāle ꝛ ut dicit quid cōiunctū qualitatib⁹ actiuis ꝛ passiuis vel ut dicit determinatā distantiā ab orbe. ꝛ per hoc pa-tet solutio ad ꝑmū: qꝛ nō est incōueniēs aliqd eē in genere quātitatis ꝛ tñ modo quo dictū est habere virtutē saluatiuā ꝛ corruptiuā. Quod v̄o addeba-tur ꝙ loc⁹ est in predicamēto relationis. dicēdū ꝙ ut alibi diffusius dixim⁹ incōueniēs nō est rē vni⁹ predicamēti habere modū alteri⁹ predicamēti ut forma substantialis que pertinet ad ꝑdicamentū substantie habet quēdam modū qualē inq̄ntū non per se existit ꝛ oīa ułta nō significant qd per modū quid qꝛ nō significant hoc aliquid sed magis signi-ficat quale quid .i. significant qd per modū qualis sicut ergo qd' nō est in predicamēto qualitatis ha-bet quēdā modū qualē: sic qd' nō est in predicamē-to relationis habere pōt quēdā modū relatiuū ꝛ talia sunt relatiua f'm dici. hoc modo locus est qd relatiuū qui f'm eē est in predicamēto quantitatis hēt tñ quēdā modū relatiuū per cōparationē quā habet ad locatū uel per ordinē quē hēt ad vniuer-sū. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliquis de eo qd' est formale in loco. videlicet de immobilitate ei⁹ utrū loc⁹ sit qd imobile. videt̄ ꝙ nō: qꝛ mota remouet̄ qd est in ipsa. Cū ergo loc⁹ sit in corpore locāte tanq̄ in subiecto moto huiusmodi corpore moue-bit̄ ꝛ loc⁹. Dicēdum ꝙ loc⁹ f'm quosdā est imobi-lis per se mouet̄ tñ per accidēs. Sed si ph'm salua-re uolum⁹ cogimur dicere locū f'm ꝙ huiusmodi esse qd imobile nō solū per se sed ēt per accidens. Nā supra ꝓbauit ph's locū nō esse materiā neq3 formā qꝛ loc⁹ est quid immobile. materia aūt ꝛ for-ma dicūt qd mobile. Si ergo in mā neq3 forā per se moueri possūt nō sufficit ad habēdā mētē ph'i di-cere locū eē imobilē per se: mobilē v̄o per accidens. Sciendū igit̄ ꝙ ut pōt patere per habita loc⁹ est i-mobilis formaliter. mobilis v̄o mālıter. hoc autē dupliciter declarare possum⁹. ꝑmo sic. videm⁹ eni ꝙ quelibet pars fluuij mouet̄ tot⁹ tamē fluuius est quodāmō imobilis: qꝛ q̄diu durat cursus aquā-tādiu fluuius retinet eundē sitū. Nauis existēs in fluuio si leget̄ ad stipitē aliquē ut non sit̄ cū flumi-ne fluat dicet̄ semꝑ eē in eodē loco qꝛ l3 semꝑ alia ꝛ alia aqua sit subter eā ꝛ l3 nauis non habeat eū-dē ordinē ad totū fluuiū ꝓpter qd' totus flui⁹ quo-dāmodo dicit̄ loc⁹ qꝛ loc⁹ nauis habet quādā im-mobilitatē ex ordine ad totū fluuiū: sic ꝛ quelibet pars vniuersi est mobilis. totū tñ vniuersū nō mu-tat locū sed substantiā. ideo locus sursū dicit̄ eē im-mobilis qꝛ cōcauū orbis lune semꝑ est in eadē di-stātia ad centrū nec est in vno tp̄e plus sursū q̄3 in alio. ꝛ sicut locus sursū est imobilis sic ꝛ loc⁹ deor-sum est immobilis qꝛ ad cētrū imobiliter perseue-rat. Non ergo posset intelligi ꝙ locus sursum uel locus deorsum mutantur nisi totū vniuersū muta-ret locū f'm substantiam quo posito oporet mu-tari centrum quo mutato mutaretur locus sursū. ex ordine ergo ad vniuersū loc⁹ hēt imutabilitatē. Si ergo aliqs in terra quiesceret ꝛ vēto flante tol-leret̄ tot⁹ aer qui est circa ip3 non diceret̄ mutare locū: qꝛ l3 ali⁹ aer circūdaret ip3 nec quā ꝑus dice-tetur tñ eē in eodē loco qꝛ haberet eundē ordinē ad vniuersum. vn⁹ ergo modus inuestigandi imo-bilitatem loci sumit̄ ex immobilitate vniuersi f'm substantiā. secūda via ad inuestigandū huiusmodi imobilitatē sumit̄ ex immobilitate polorū ꝛ cētri. Nam ut cōsequenter ponit̄ ideo locus est immobi-lis qꝛ l3 te quiescēte possit moueri aer qui est iuxta te uel aliqd' aliud corpus circūdans te semꝑ tamē diceris esse in eodē loco qꝛ semꝑ es in eadē distan-tia ad centrū ꝛ ad polos. hec aūt secunda via fun-dat̄ f'm primā. Nam ideo poli ꝛ centri dicunt qd imobile qꝛ vniuersum nō mutat locū f'm substanti-am. ꝑma ergo via melior est q̄3 hec secūda cū ista ex illa recipiat fulcimētū. ex his ergo patet solutio ad quesitū. Nā cum locus materialiter sit super-ficies corporis continentis: formale v̄o in loco sit ordo ad vniuersū qꝛ huiusmodi ordo est omnino i-mobilis: superficies v̄o illa est imobilis per se: mo-bilis v̄o per accidēs: locus acceptus formaliter ꝛ ut loc⁹ est: est immobilis per se ꝛ per accidens: ma-terialiter v̄o potest moueri per accidens nō per se. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ꝓp h' mediū celi ꝛ ultimū ad nos cir-cularis loci mutatiōis videt̄ eē: h' qdē sur-sum allo' v̄o deorsū maxie oīb⁹ ꝓprie: qꝛ h' qd' semꝑ manet. Circulorꝫ eni ultimū sit̄ se h'ns manet. Quare qm̄ qd' leue qdē sursum fert̄ nā. Qd' v̄o graue deorsum.

¶ Declarat mēbra posita in diffinitione loci circa qd' tria facit. qꝛ ꝑmo ondit quō loc⁹ est immobilis. se-cundo quō est termin⁹ ꝛ sup̄ficies corꝑis cōtinētis tertio quō est huiusmodi sup̄ficies ꝑma ꝛ imedia-ta. hec eni tria sūt de ratione loci. secūda ibi [ꝙ q-dē eni.] tertia ibi [ampli⁹ simul.] Dicit ergo ꝙ ꝓ-pter hoc qꝛ locus est .s. immobilis. ideo mediū celi i. centrū ꝛ ultimū quo ad nos .i. cōcauū orbis lune qd' est circularis mutationis loci .i. qd' mouet̄ cir-culariter videt̄ esse .s. locus. hoc quidē .s. cōcauum lune est locus sursū illud v̄o .s. mediū celi vel cētrū est locus deorsū. centrū ergo ꝛ cōcauū lune dicunt̄ esse locus qꝛ utrūq3 est qd imobile. ideo aīt ꝙ ma-xime ꝓprij est omnib⁹ hoc .s. centrū semꝑ manet: ultimū eni .s. cōcauū orbis lune circulo .i. qd' mo-uetur circulariter similiter se habens manet: patet igit̄: quomodo locus habet imutabilitatē qꝛ locus deorsum habet imutabilitatē ex immobilitate cen-tri. locus v̄o sursū est immobilis qꝛ orbis lune cir-culariter mot⁹ similiter se habens est semꝑ in eadē

distantia ad centrum: q2 ergo orbis lune ad quem feruntur leuia est locus sursum. centrū vō ad quē ferunt̄ grauia est deorsū: q̄si pcludēdo ait q̄ leue quidem natura fertur sursum. graue vō deorsum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qd̄ qdē enī ad mediū ptinēs deorsum est: ⁊ ipm mediū. Qd̄ vō ad ultimū: sursū est: ⁊ ipm ultimū. Et ppter h̄ planū vr̄ esse quoddā: ⁊ sicut uas loc⁹ ⁊ cōtinens.

¶ Declarat quō loc⁹ est qd cōtinēs dicēs q̄ ipm mediū ⁊ illō qd̄ est termin⁹ ptinēs ad mediū est deorsum. Qd̄ vō est ptinēs ad ultimū ⁊ ipm ultimū est sursū: ⁊ q2 tam loc⁹ sursū q̄ꝫ deorsū est qd ptinens pp h̄ loc⁹ vr̄ esse q̄ddā planū. i. q̄dā suꝑficies que est sicut uas ⁊ sicut cōtinēs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Amplius simul cū re quodāmodo loc⁹ est. Simul enim finis est ⁊ locus.

¶ Amplius autem ipsum nūc qd videtur determinare preteritum et futurum utrū vnū et idem semper permanet: aut aliud et aliud non facile est scire.

¶ Mouet quādā dubitationē de nūc utrū sit idē vel nō idē in toto tpe. circa qd duo facit: quia pmo pbat q̄ nūc est idem in toto tpe. 2° q̄ nō est idem ibi, at vero neq; nūc.] Circa pmū duo facit: quia pmo innuit difficultatē q̄sui. scdo arguit ad q̄ōne ibi, Sigdē enim semp.] Dicit ergo q̄ ipm nūc qd videt̄ determinare pteritū et futuꝝ: quia est pncipiū vni⁹ et finis alteri⁹ utrū semp manet idem in toto tpe: aut sit aliud et aliud nō est facile scire. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sigdem enim nūc semper alterū et alterū: nulla aūt eorū que sunt in tēpore alia et alia pars simul est: que non cōtineat: alia vero cōtineat: sicut minus tēpus subest sub pluri: ipsum nūc quod modo: prius aūt fuit necesse est corrūpi aliqñ: quia ipsa quidez nūc simul adinuicem non erunt. Corruptum autem esse necesse est prius.

¶ Semp arguit ad q̄ōnē ostendēs idē nūc eē in toto tpe nō alteꝝ et alteꝝ. intēdit aūt talē rōnez si in tpe eēt dare plura nūc cū nō pñt esse plura nunc simul oporteret pⁱᵐ nūc corrūpi se eēt simul cū illo nūc im possibile est ipm nūc corrūpi. ergo ipossibile est eē plura nūc in ipso tpe. erit ergo vnū et idē nunc in toto tpe. In hac aūt rōne sic pcedit: quia pmo declarat hanc pñtiaz q̄ si eēt alterū et alterū nūc in tpe q̄ oporteret ipm nūc corrūpi. 2° ostēdit q̄ ipossibile sit corrūpi ipm nūc ex quo sequitur q̄ nō sit dare in ipo tpe alteꝝ et alteruz nūc. 2° ibi, in eodē quidē igit̄.] Dicit ergo q̄ si quidē nūc ponat̄ pp eē alteꝝ et alteꝝ supple est ipossibile: quia nulla pars eoꝝ que sunt in tpe alia et alia hⁱᵘ pars est sil' que nō ptinet. alia vero ptineatur sicut minus ipo ptinet̄ sub pli. Nunq̄ ergo de tpe aliq̄ duo sunt sil' nisi vnuz ptineat̄ ab alio. ipm aūt nūc qd mō nō est prius aūt fuit necesse et corrūpi aliqñ. et est rō q̄ ipa quidē nūc sil' adiuicez nō erūt si eni in tpe nō sunt plura nūc simul et nō est vnū nūc semp manēs in toto tpe: opz q̄ prius nunc corrūpat̄ necesse est ergo corruptū eē prius nūc. ¶ Notādū aūt q̄ si de tpe nō sunt aūt duo sil' nisi vnuz ptineat aliud ptineat̄ cū nūc nō possit hēre rōnē ptinentis cū sit quid indiuisibile impossibile est duo nūc in tpe simul esse: quia tūc vnuz ptineret aliud qd est inconueniēs. ¶ Notandū etiā hāc pñtiam esse. q. per se notā. vz q̄ si in tpe sunt plura nūc et non pñt esse plura nūc simul q̄ necesse est primū nūc esse corruptū. si enim nō possunt eē plures hoies simul: et tñ esset dare plures hoies oporteret q̄ anteq̄ eēt posterior homo corrūperet̄ hō prior. sic si sunt plura nūc in tpe et nō possunt esse plura nūc simul oporteret corruptum esse primuz nunc anteq̄ habeat esse nunc posterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In eodem quidem igit̄ corruptū esse impossibile est: ppter hoc quod tūc est. In alio aūt nūc corrūpi prius nūc nō pting̃it. Sic enim impossibile est habita esse inuicē ipsa nūc: ut pūctū cum pūcto. Sigdez igit̄ in eo quod pñter est nō corrūpit̄: sed in alio. In medijs nūc que sunt infinita: simul erit: hoc autem impossibile est.

¶ Destruit pñs dicte pseq̄ntie ostendēs q̄ impossibile est corrūpi ipsum nūc dicēs: q̄ ipsum nūc esse corruptū in eodē nūc in quo habet eē est impossibile ppter hoc q̄ tūc est. rursus prius nūc corrūpi in alio nūc nō pting̃it. i. nō est possibile ipossibile enim est ipsa nūc nō pting̃i. i. non est possibile. impossibile enim est ipsa nūc sic se habere adinuicē q̄ vnum nūc sit cōsequēter alteri. adeo subdit q̄ impossibile est ipsa nūc esse adinuicē habita. i. pseq̄ter se habētia vel ut punctū cum pūcto nō se habēt pseq̄nter. Sigdez igit̄ nunc nō corrūpit̄ in eo nūc qd est pseq̄ter sed in alio in medijs nūc que sunt infinita erit ipsum nūc simul cum illis. erit ergo nunc simul cuz infinitis nunc si debeat corrūpi hoc aūt est impossibile quia impossibile est plura nūc simul esse. nō ergo est possibilis corruptio ipsius nūc. ¶ Dubitaret forte aliqs: quia nō videt̄ esse necessarium q̄ si corrūpit̄ nunc q̄ corrūpit̄ in nūc. essentialiter enim vna forma nō fit alia nec vnuz accidēs fit aliud: albedo enim nō fit nigredo nec corrūpit̄ in nigredinē. Sed qd erat sub forma nigri efficit̄ sub forma albi et vna forma succedit alteri. sic ergo nūc nō corrūpit̄ in nunc: sed vnuz nūc succedet alteri. Amplius generatiōes et corruptiones sunt ex oppositis et in opposita. si ergo dz corrūpi nunc magis corrūpet̄ in nō nunc q̄ corrūpat̄ in nunc. Dicēdū q̄ sicut motus mēsurat̄ tēpore sic mutatio mēsurat̄ in instāti. generatio aūt et corruptio mutatiōes quedā dicunt. Si ergo accipiant̄ ppre fient in istāti. sicut ergo nihil mouet̄ nisi moueat̄ i tpe sic nihil mutat̄ nec corrūpit̄ nisi corrūpat̄ in istāti. Si ergo ipm nunc corrūperet̄ oporteret q̄ in aliq̄ istāti uel in aliquo nunc corrūperet̄. nō est ergo intellectus cum dicit̄ q̄ nunc corrūpit̄ in nūc sicut cum dicunt q̄ albuz

corrūpit in nigrum. Sȝ sicut dr̄ φ aliqd mouet in tpe uel φ aliqd muiat in istāti. cuȝ ergo dr̄ φ nunc corrūpit in nūc h nūc in qd̄ dr̄ eē corruptio non dicit terminū mot⁹ sed mēsurā mutationis. oportet enī oēm corruptionē ⁊ oēm mutationē ꝓpꝛie acceptā fieri in aliquo nūc uel in aliquo istāti. argumēta ergo deficiebāt per fallatiā equocationis. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs vn̄ sequit̄ h̄ ꝯsequētia φ si nūc corrūperet in nūc φ nūc eēt simul cū isinitis nūc. ¶ Dicēdū φ nūc nō pōt corrūpi in nūc in quo est qa tūc simul eēt ⁊ nō eēt. oportet ergo φ corrūpat in posteriora nūc. sit ergo a nunc qd̄ debet corrūpi ⁊ sit. b. nūc in quo debet corrumpi. Si ergo a corrūpit in. b. qꝛ rem est φ̃ diu nō est corrupta ante φ̃ ueniat. b. semꝑ est uerū dicē φ est. a. cuȝ ergo. b. nō possit eē ꝯseqnter ipsi. a. Sed iter. b. ⁊ . a. cadat tps mediū qa iter q̄libet duo istātia cadat tps mediū cū in quolibet tpe sunt isinita istātia sicut in q̄libet linea sunt isinita pūcta oportet φ iter. a. ⁊. b. sint isinita istātia. si ergo. a. nō est corruptū nisi i. b. in oib⁹ illis istātib⁹ que sunt iter. a. ⁊. b. uerū dicere φ est. a. qꝛ ergo illa istātia sūt isinita erit. a. cū isinitis istātib⁹ qd̄ est ipossibile qa ipossibile est aliqd̄ nūc uel aliqd̄ istātia eē cū alio istāti uel cū alio nūc Si ergo nō pōt significari aliqd̄ istās ꝯsequēter ipsi. a. sed iter. a. ⁊ qd̄cūq; aliud istās signatū cadūt isinita istātia nō pōt esse corruptio ipsius. a. in alio istāti. a. seipso nisi ponat̄ simul esse cū isinitis istātib⁹. nō ergo est possibilis corruptio ipsi⁹. a. nec corruptio alicuius istātia tn̄ nō possit corrūpi nec in istāti in quo est nec in alio. erit igit̄ ꝑm rē vnū istās manēs nō corruptū in toto tpe. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs utrū se hēant ipa nūc ad tps sicut pūcta se hūt ad lineā. Dicēduȝ φ pūcta uel pñt accipi respectu linee ꝯtinue uel respectu lineaꝝ nō ꝯtinuarū. si accipiant pūcta ꝓut hūt eē in lineis nō ꝯtinuis: sic plura pūcta eē sil' absq; eo φ iter ea itercidat linea media nō est icōueniēs. Nā si accipiant due linee contigue ꝯtigue hēant ultima simul ⁊ non ultima vnuȝ opȝ iter illas duas lineas dare duo pūcta que habeāt eē sil' iter que nō itercidat linea media. Sȝ si ꝯsiderent puncta ut hūt eē in eadē linea ꝯtigua: sic nunq; est dare duo puncta sil' nec ꝯsiter se hūtia. Sȝ iter q̄libet duo puncta cadit linea media: ⁊ qꝛ in q̄libet linea sunt isinita puncta inter q̄libet duo puncta sunt isinita puncta. cū ergo querit̄ utruȝ sic se hēant puncta ad lineā sicut ipa nunc ad tps. si loq̄mur de punctis ꝓut hūt eē in lineis cōtiguis. pȝ φ nō: qꝛ sic plura puncta ꝯtingit eē sil'. Sȝ plura nunc sil' eē nō pñt. attamē si loq̄mur de punctis ꝓut hūt esse in eadē linea ꝯtinua sic q̄dāmodo sil'e est de punctis respectu linee ⁊ de ipsis nunc respectu tpis: qꝛ sicut in eadeȝ linea ꝯtinua nunq; est dare duo puncta inter que nō cadat linea media ⁊ iter que nō cadāt isinita puncta. Sic in tpe nunq; est dare duo nunc iter que nō cadit tps mediuȝ ⁊ iter que nō cadāt isinita nunc. Cuȝ ergo ait pħs φ ipossibile est ipsa nunc eē inuicē habita ⁊ ꝯsequi ut punctuȝ cū puncto: si itelligat̄ de pūcto cum pūcto ꝓut hūt eē in eadē linea ꝯtinua: sic est exēpluȝ per sil'e ⁊ est sensus φ vnuȝ nunc nō est ꝯsiter alteri sicut punctū cū puncto in eodē ꝯtinuo ꝯsiter esse nō pōt. Si itelligat de puncto cum pūcto ut hūt eē in lineis ꝯtiguis sic est exēpluȝ per ꝯ̃riū ⁊ est sensus φ nunc nō est ꝯsiter ipsi nunc sicut punctū cū puncto in lineis ꝯtiguis ꝯsiter eē pōt. ¶ Ulterius dubitaret aliqs vnde sequit̄ hec ꝯña φ non pñt esse plura tēpora simul nisi vnum ꝯtineat aliud. Dicenduȝ φ ut patet per habita intātum ipo est inq̃tuȝ est ordo priuȝ tpis: ⁊ qꝛ ille ordo fundat̄ in nunc ideo ex hoc φ nunc est in quo fundat̄ ordo priū tēporis dicit̄ ⁊ tps esse: ⁊ qꝛ sicut loq̄mur de esse aliculus: sic opȝ nos loq̄ de simultate ipsius sicut tps dicit̄ esse per cōparationē ad nunc sic ⁊ tpa illa que dicunt̄ simul esse que respiciunt eundē terminuȝ ⁊ idē nunc nec sufficit ad h̄ φ tpa dicant̄ simul eē φ respiciāt eundē terminū nisi respiciāt eodē modo. Nā idē terminus si diuersimode ad alia tpa cōparet̄ nō facit ea eē simul: imo e ꝯ̃rio facit ea nō esse simul. Inde est ergo φ lȝ eundē terminū ⁊ idē nunc respiciat ꝑteritū ⁊ futurū: ꝑteritum ut ꝑteritū est nō est sil' cuȝ ipso futuro: qꝛ h̄ duo tpa nō respiciūt idē nunc eodē modo. Sȝ idē nunc qd̄ respicit ꝑteritū ut finis respicit futurū ut ꝑncipiuȝ. Sic ergo debēt dici tpa aliq̄ eē sil' que respiciunt eundē terminū eodē modo: vnum ꝯtinebit aliud: nunq; enī duo preterita tpa uel duo futura pñt terminari ad vnuȝ terminū eodē modo nisi vnum ꝯtineat aliud. Vnus ergo modus ostēdēdi tpa que simul sunt vnū eē ꝯtētiuum alterius sumit̄ ex pte termini instātis ad qd̄ illa tpa terminant̄: alia via sumit̄ ex pte ipsoꝝ tēpoꝝ ꝑm se. Nā sicut se habet locus ad locata sic suo modo se hēt tps ad tpalia. videmus enī φ si aliqd̄ corpus localiter est in plurib⁹ locis simul opȝ vnuȝ illoꝝ locoꝝ eē ꝯtētiuum alterius. est enī aliqs hō in domo ⁊ in ciuitate: qꝛ ciuitas est ꝯtētiua domus. sic est aer in igne ⁊ ignis est in celo: qa ignis est ꝯtētiuus aque ⁊ celuȝ est ꝯtētiuuȝ ignis. Sic q̃ nunq; aliqd̄ locatū est in plurib⁹ locis simul nisi vnus sit ꝯtētiu⁹ alteri⁹. sic nunq; ē aliqd̄ tpale in plurib⁹ tpibus simul nec pñt eē plura tpa simul nisi vnū sit ꝯtētiuuȝ alteri⁹. vna enī ⁊ eadē eclipsis dr̄ fieri in anno ⁊ mēse in die ⁊ in tali hora diei ⁊ oīa hec tpa dicunt̄ eē simul: qꝛ sunt ꝯtētiua inuicē. Annus enī ꝯtinet mēsem mēsis diē: dies horā. est ergo via tōius pħi: φ qꝛ nunc corrūpi nō pōt cum nō possint esse plura nunc simul qꝛ vnum non pōt esse ꝯtētiuum alterius. oportet φ ꝑm rem sit idem nunc manens in toto tēpore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At ꝟo neq; nūc semper manere idem possibile est. Nullus enim diuisibilis finiti vnus terminus est: nec si in vno sit cōtinuū: nec si in plura. Ipsum aūt nunc terminus est: ⁊ tempus est accipere finituȝ.

¶ Neq; obijcit ad ptē ꝯ̃riā ostēdēs φ nō sit idē nūc in toto tpe. circa qd̄ duo facit ꝑm φ dupliciter ꝓbat intentuȝ. 2⁹ ibi [Amplius si simul.] Dicit ergo φ at ꝟo est ipossibile idē semꝑ nunc manē in toto tpe qꝛ nulli⁹ diuisibilis. i. nulli⁹ ꝯtinui finiti est vn⁹ terminus. nec si illud diuisibile sit ꝯtinuū in vno. i. in vna dimēsione. nec si in plura. i. ꝑȝ plures dimēsiones: linea enī recta que hēt vnā dimēsionē: si accipiat̄ finita claudit̄ iter plures termios. sic ēt ⁊ superficies que hēt plures dimēsiones: si accipiat̄ finita claudit̄ iter plures lineas: qꝛ q̃ ipm nunc est terminus tpis: ⁊ qꝛ est accipe tps finitum: opȝ eē plura nunc in ipo tpe. ¶ Notādū autē φ lȝ ꝑm pħm tps nō icepit ⁊ sit isinitum. possumus tn̄ accipe tēpus

finitum ut unā diē uel unā horā: 7 qꝛ icōueniēs uī ꝙ idē nūc qd̄ est pᵐ hore sit finis hore. imo ut uī opꝫ dare plura nūc terminātia horā sicut plura pūcta terminātia lineā: ipōnē unuz nunc in toto tpe uidetur omnino absurdum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius si simul esse sm̄ tempus: 7 nec prius nec posterius in eodem esse: 7 in ipso nunc est: simul sunt que in annuz sunt millesimum: his que sunt hodie: nec prius nec posterius nihil aliud alio.

¶ Adducit scd̄am rōnē dicēs: ampliꝰ si est siꝉ sm̄ tps 7 nec est pus nec posteriꝰ: qꝫ qd est in eodē tpe 7 in eodē nunc. Si ergo nō est nisi unū nunc in toto tpe oia erūt in eodē nūc 7 oia erūt siꝉ. sunt ergo simul que sunt in millesimum annum cum his que sunt hodie 7 in tēpore. nec est prius nec posterius nihil aliud alio: sed omnia sunt simul qd̄ est absurdum.

¶ De his quidez igitur que insunt ipsi tot opposita sint.

¶ Ultimo epilogat ꝙ de his. i. de ipsis nūc que qdē igit insint ipsi tpi tot opposita sunt. ¶ Dubitaret forte aliqs utrū sit idē nunc in toto tpe. Dicēdū ꝙ de hꝰ inferiꝰ sufficiēter tractabit: ut tn̄ ad pn̄s spectat dicere possumus ꝙ nūc ꝓprie respicit sbam rei mobilis sicut tps respicit ipm motū. sicut ergo est sm̄ rē unū mobile in toto motu: differēs aūt sm̄ rōnē. sic est unū nunc sm̄ rē in toto tpe differēs tn̄ sm̄ rōnē sicut enī mobile fluēs causat motū sic nunc fluens causat tps. nūc ergo est unum 7 idē manēs in toto tpe sm̄ rē ut arguebat rō pma: sed nō est unuz sm̄ rōnē qd̄ ꝯcludebāt due rōnes in ꝯriū facte. Nā si esset idē nunc in toto tēpore sm̄ rem 7 sm̄ rationē nunc per ipsum nunc non potest terminari aliqd̄ tēpus ex utraqꝫ parte 7 oia essent simul: qꝛ omnia essent in eodem nunc. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quid autez est tempus: 7 que ipsius natura similiter 7 ex traditis: manifestuz est: 7 de quibus attingimus aduenientes prius. Quidam enim totius quidem motū dicunt. Alij autem ipsam speram.

¶ Postq̄ opponendo inqsiuit an sit tps inqrit qd sit tps 7 que sit nā ipsius. circa qd̄ duo facit: qꝛ pᵒ narrat qd senserunt antiq de qdditate tpis. 2ᵒ iprobat opiones illoꝝ ibi ⌊ Cūius circulationis. ⌋ Dicit ergo qd autē sit tps 7 qd sit nā ipsius ex traditis ab antiqs 7 ex his de qbꝰ attingimus pꝰus inuenētes est imanifestū. Nā sicut ex traditis ab antiqs non est manifestū an sit tps. siꝉr ex tradiꝫ ab eis nō est manifestū qd sit tps 7 que sit nā ipius. Nā qdā dicunt eē tps motū totiꝰ. i. motū celi. Alij aūt dicunt esse tps ipsam sperā celestez. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cūius circulationis est pars: tempus quoddam est. Circulatio autem non est pars enim circulationis est que accipitur: sed non circulatio.

¶ Improbat dictas opiones: 7 pᵒ improbat opionez pmā. 2ᵒ scd̄am ibi ⌊ totiꝰ aūt spera. ⌋ Circa pᵐ duo facit sm̄ ꝙ duas rationes adducit. pᵃ ratio talis. ꝙ cūius pars circulationis sit tps qd̄dā pars aūt circulatōis nō est circulatio: si dr̄ ꝙ tps sit circulatio cuꝫ pars tpis sit tps: opꝫ ꝙ pars circulationis sit tps qd̄dā si pars circulationis nō est circulatio. est enīz pars que accipit de circulatione pars circulationis: sed non est circulatio. cum ergo dicitur ꝙ pars temporis sit tēpus 7 pars circulationis non est circulatio: oportet ꝙ non idem sit tempus 7 circulatio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autem si plures essent celi: similiter esset tempus cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tempora simul.

¶ Ponit scd̄aꝫ rōnē 7 dicit ꝙ si tps idē est qd̄ circulatio uel qd̄ motꝰ celestis: tūc si plures eēnt celi motus cuiuslibet ipsoꝝ eēt siꝉr tps: quare eēnt multa tēpora simul qd̄ est incōueniēs. ¶ Nota aūt ꝙ lꝫ pars circulationis nō sit circulatio pars tamē motus est motus. dicētes ergo tēpus eē circulationez uel accipiebāt circulationez ꝓprie pro ipsa reuolutione cōpleta: 7 tunc hec positio improbat per rationē primā: qꝛ pars tpis est tēpus. pars circulationis nō est circulatio. uꝉ si sic dicētes accipiebāt circulationem large pro motu celesti quocūqꝫ modo sumpto 7 tūc est ꝯtra eos ratio 2ᵃ qꝛ ad pluralitatē motuum celestium sequeretur pluralitas temporum quod est inconueniens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Totius aūt spera uisa est qdem dicentibus esse tempus: quia in tempore omnia sunt: 7 in totius spera. Est autem stultius quod dicitur: q̄ꝫ 7 quod est de hoc ipossibilia considerare.

¶ Exequit de opinione scd̄a. d. ꝙ aliqbus dicētibꝰ i. quibusdā sine recta rōne loquentibꝰ spera totius i. celestis uisa est esse tēpus: qꝛ in tēpore sunt oia 7 in spera totiꝰ sunt oia: ideo arguebāt tēpus esse sperā totius siue esse sperā celestez. subdit autē ꝙ hec positio que dicit esse stultius. i. qd magis stultum q̄ꝫ qd̄ est de hoc impossibilia ꝯsiderare. ¶ Notandū aūt ꝙ hec ratio tēpus ꝯtinet oia: spera celestis continet oia: ergo tēpuꝫ est: spera celestis est ualde fatua 7 ualde defectiua. deficit enīz per fallatiā cōsequētie: qꝛ arguit ex affirmatis in scd̄a figura. deficit etiā per fallatiā equocationis: qꝛ aliter tēpus ꝯtinet oia 7 aliter spera celestis. spera enīz cōtinet oia sicut locus locatuz. tēpus vō sicut mēsura mensurata. adeo ergo est stulta hec positio ꝙ fatuū est inquirere impossibilia circa ipsam. Lectio. XIX.

Quoniam aūt uidetur maxime motus esse 7 mutatio quedam tēpus hoc ꝯsiderādūz est. Uniuscuiusqꝫ qdem igit mutatio 7 motus in ipso ꝓpter alterationem 7 augmentum mutatio est soluz: aut ubi fortasse est ipsum qd̄ mouetur: 7 transmutatur. Tempus autem similiter 7 ubiqꝫ 7 apud omnia est.

¶ Postq̄ philosophus determinauit de tēpore opponēdo: in parte ista determinat de eo ueritatē determinando. circa qd̄ duo facit: qꝛ primo determinat de tpe. secūdo mouet quasdā questiones circa ipsam ibi ⌊ dignuz autē cōsideratione. ⌋ Circa primum tria facit: qꝛ primo ait quid sit tēpus. secūdo soluit dubitatiōes prius factas circa ipsum. tertio ex his que dixerat assignat rationē eoꝝ que dicuntur de tēpore. secūda ibi ⌊ 7 sicut motꝰ. ⌋ tertia ibi

l minimus aūt numerus. ¶Circa p̄mo₂ duo facit q₂ p̄mo premittit quedā preambula necessaria ad diffinitionem tp̄is. scd̄o ex his que dixerat inuesti gat diffinitionē eius ibi, qm̄ aūt qd̄ mouet. ¶Cir ca primū tria facit f̄m q tria determinat circa tp̄s q₂ p̄mo ostendit q tēpus nō est motus. 2° pbat q nō est sine motu. 3° ex his que dixerat ostēdit q tē pus est aliquid ipius motus. 2ª ibi, at vo neq₃. 3ª ibi, accipiēdū₃ aūt. ¶Prima in duas f̄m q duas rōnes adducit ad pbādum q tp̄s nō sit motus. 2ª ibi, amplius aūt. ¶Dicit ergo q qm̄ tēpus maxi me videt eē motus ₇ mutatio quedā: ideo h̄ ₒside rādū₃ utrū sic sit. Sed q nō sit mot⁹ patet. q₂ que libet ut mutatio ₇ motus vniuscuiusq₃ est solū₃ in ipso mutatiuo siue in ipso mutato uel in ipso mutā te: ut habet alia lr̄a. ₇ h̄ p₃ per alterationē ₇ augmen tū. i. per motū ad formā: aut motus ₇ mutatio est ubi. i. in illo loco ubi est ipsū₃ qd̄ mouet. motus er go nō est vnus ₇ idem silr̄ ₇ ubiq₃. sed tēpus est si militer ₇ ubiq₃ ₇ apud oia: ergo tp̄s nō est motus. ¶Notādū aūt q ols motus uel est ad formā uel est ad ubi. motus aūt ad formam videt esse in ipso mobili. Sed motus ad ubi quodāmodo est in ipso loco: ideo phūs ait q motus uel est in ipso mutato q̄ntū ad alterationē ₇ augmentū uel est in ipso ubi siue in ipso loco in quo est qd̄ mouet q̄ntū₃ ad mo tū localē. ¶Notādum etiā q cū fecit mētionē de motu ad formā nō noiauit nisi alterationē₃ ₇ aug mētum: q₂ motus ad formā ppr̄ie nō est nisi in qua litate ₇ q̄ntitate. forme enim sbales l₃ sibi inuicem succedūt in mā: in subā tn̄ non est ppr̄ie motus sed mutatio. ¶Dubitaret forte aliqs quō differt mo tus a tēpore ppter hoc q tēpus est silr̄ ₇ ubiq₃ ₇ apud oia. Dicēdum q motus ut motus est non videt respicere nisi id in quo est ut mobile uel locū sed tēpus f̄m q huiusmodi est: est quedā₃ mensu ra oium tp̄aliū ₇ habet respectū nō solum ad mo tū p̄mū₃ in quo est tanq̄₃ in subiecto: sed etiā habet habitudinē ad oia alia que respicit tanq̄₃ mensura ta. Rursus motus nō silr̄ vno modo est apud oia mobilia: q₂ est vnus motus in omnib⁹ mobilibus. sed tēpus est quodāmodo silr̄ ₇ vno modo apud oia tp̄alia: q₂ est vnum tēpus oiū₃ eo₂. Est ergo in tētio ph̄i distinguere motum a tpe put formaliter accipiunt: q₂ motus sic sumptus respicit solū id in quo est nō est vnus motus silr̄ ₇ uīr in oibus mo bilibus: tēpore autē nō solum respicit motū₃ p̄mū in quo est tanq̄₃ in subiecto. s₃ etiā f̄m q huiusmo di est habet quādam habitudinem ad omnia tēpo ralia ₇ est vnū₃ similiter ₇ non diuersificatū apud omnia talia. ¶Deinde cum dicit.

¶Amplius aūt mutatio qdem ois uelocior: aut tardior est. Tēpus aūt nō est. Tardū aūt ₇ uelox tempore determinant: uelox qdem quod in pauco multū mouet. Tardū autem qd̄ in multo paucū. Tempus aūt non determinat tempore: neq₃ quo quantū aliqd est: neq₃ quod quale. Quod qdem igit non est motus: manifestū est. Nihil autem differat nobis dicere in presenti motum: aut mutationem.

¶Adducit scd̄a₃ rōnē: ₇ dicit q ois mutatio est uelocior: aut tardior. tp̄s aūt nō est uelocius: aut tardius. ergo nō est idē qd̄ motus uel mutatio. q aūt uelocius ₇ tardius nō p̄nt dici de tpe sicut dicunt de motu patet: q₂ tardū ₇ uelox tpe determinātur. uelox qdē est qd̄ in pauco tpe mouet multum: tardū vo qd̄ in multo tpe mouet paucum. tp̄s aūt nō determinat tpe in quo est aliqd q̄ntum ad ppr̄ietates suas ut quo est aliqd quale: ₇ q₂ ita est manifestum qdē igit est q tp̄s nō est motus. Subdit aūt q nihil differt nobis dicere in p̄nti q̄ntū₃ ad presens motū: aut mutationē. ¶Notādū aūt q quotiēscūq₃ fit circulatio tūc aliqd reuertit sup₂a seipsum: ut si. a. pbat. b. ₇ b. pbat. a. sequit q. a. probet seip̄m. Si ergo uelox ₇ tardū diffiniunt ₇ determinant per tp̄s. si rursum tpe determinaret per uelox ₇ tardū eēt ibi circulus. determinaret ergo tp̄s per seipsum qd̄ est incōuēniēs. Non ergo tp̄s determinat per uelox ₇ tardū ₇ per ₒn̄s nō est motus cum cōpetat motui determinari per uelocitatē ₇ tarditatē. ¶Notādum etiā q mutatio si accipiat ppr̄ie nec est uelox nec est tarda cū fiat in istāti: q₂ ergo dixerat phs q ois mutatio est uelocior ₇ tardior: ideo subdit q nō differt in p̄nti accipere mutationē ₇ motū: q₂ mutatio si debet eē uelox ₇ tarda: opz q nō accipiatur ut est terminus motus ₇ ut differt a motu: ₇ ut mensuratur instanti. Sed oportet enim accipere ut includit totum ₇ ut mensuratur tempore. ¶Deinde cum dicit.

¶At vo neq₃ sine motu tp̄s est. Cū enim nihil ipsi mutamur f̄m intelligētiā: aut latet trāsmutātes: nō videt nobis fieri tp̄s sicut neq₃ in sardo fabulant dormire apud heroes: cū expgiscunt. Copulāt enī₃ nūc primū posteriori nūc: ₇ vnū faciūt remouētes ppter insensibilitatē mediū. Tanq̄₃ igit si nō esset mediū nūc: sed idem ₇ vnū nō esset tēpus. Sic ₇ qsi latet alterū₃ esse: non videt mediū esse tēpus. Si igit non opinari esse tēpus tūc accidit nobis cum nō diffinimus: nec vnā mutationē sed in vno idiuisibili videt aia manere. Cū aūt sentimus ₇ determinamus: tūc dicim⁹ fieri tp̄s: manifestum est q nō est sine motu neq₃ mutatione tp̄s. Qd̄ igit neq₃ motus neq₃ sine motu tempus est manifestū est.

¶Ostēdit q tp̄s nō est sine motu. d. at vo neq₃ sine motu est. s. tp̄s. Nā cū nos ipsi nihil mutamur f̄m intelligētiā: aut latet nos esse trāsmutātes nō videtur nobis fieri tēpus: sicut neq₃ qui fabulātur. i. fabulose dicuntur dormire in sardo. i. in illa ciuitate apud heroes. i. apud deos per multos annos: cū expgiscunt. i. cū sunt excitati a somno copulāt primū nunc in quo inceperunt dormire posteriori nunc in quo excitati fuerūt remouētes mediū nūc ₇ medium tp̄s ppter insensibilitatē. Nā illi qui dormiēdo nō senserunt motū nō senserūt tēpus: nec senserunt mediū interuallū: qd̄ fuit inter primum nunc quo inceperunt dormire ₇ posterius nūc in quo fuerūt excitati tanq̄₃ igit si nō esset mediū nūc: nec eēt aliud ₇ aliud nūc. sed eēt vnū₃ ₇ idē nūc nō erat. a.

nō esset tps. Sic ergo qm̄ latet alterū esse nūc sō videt esse mediū tps. sicut enī3 est de esse sic est de videri: q̄ndiu ergo est idē nūc i uariatū nō fluens tādiu nō est tps. ergo si nō videat nobis ꝙ ipsū3 nūc fluat ꝛ ꝙ uariaret ꝛ q̄ndiu nō ꝑcipimus esse alterū ꝛ alterū3 nūc tādiu nō ꝑcipimus: nec videt nobis fieri tps: si igit sic est ꝙ tūc accidit nobis nō opinarī eē tps: cū3 nō diffinimus. i. cum nō discernimus nec iudicam⁹ neq3 vnā mutationē. Sed videt aīa manere in vno ꝛ eodē indiuisibili nūc. cū aūt sentimus ꝛ determinamus h⁹ mutationē tūc dicimus fieri tps. q2 ergo sic est manifestū3 est ꝙ tps nō est sine motu neq3 sine mutatiōe. ꝯcludit aūt. q. epilogādo ꝙ manifestū est ꝙ tps neq3 est mot⁹ nec sine motu. ℭ Notādum aūt ꝙ motus est prior tpe sicut sbm est prius passione. inde est ergo ꝙ mot⁹ ponit in diffinitiōe tpis. non aūt tps in diffinitione motus: q2 priora sunt de rōne posterioꝝ. nō aūt ecōuerso: q2 ergo mot⁹ cadit in diffinitione tpis: ꝛ q2 tps est sic annexū motui qui nō ꝑcipit motū nō ꝑcipit tps ꝓpter qḋ dormiētes ꝓpter isensibilitatē ꝛ existes in delectatiōe magna: q2 sunt nimis attēti ad id circa qḋ existūt: q2 nō sentiunt motū nō sentiunt tps. Cū enim q̄s fortiter dormit etiā si dormit multū videt ei dormiuisse parum. ꝛ qui nimiū delectat etiā si multo tpe in delectatiōe existit videt eim odicū3 tps trāsiuisse. cōrio aūt est cum: quis in afflictione est ꝛ in anxietate cordis. Nā q2 semp turbat is alio ꝛ semp cogitat trāsmutationē3 ꝛ motū: ideo tales maxime ꝑcipiūt tps ꝛ videt eis modicū tēpus eē multum. oīa aūt hec indicāt tps nō esse sine motu. ℭ Notādum etiā ꝙ sardo ut dr̄ est quedā ciuitas asie in qua sm̄ fabulā3 qdā dicunt dormiuisse per quīgētos annos: ꝛ q2 tāto tpe dicebant dormiuisse ex hoc dictū3 fuit aīas illoꝝ nō esse in corpib⁹ eoꝝ sed eē apud heroes. i. apud deos. ꝛ q2 dicti dormiētes nimis delectabant ex ꝯsortio deoꝝ nō ꝑcipientes trāsmutationē ꝛ motū nō ꝑceꝑunt tps. imo qū fuerunt expgefacti visum. q. fuit eis sō apposuisse tps in dormiendo: sed in instāti surrexisse. H enim l3 fabulose dicta sint tn̄ si uera eēnt ideo ꝯtigissent: q2 sic dormiētes copulātes p̄m instās cū3 posteriori: ꝛ nō sentiētes trāsmutationē pp insensibilitatē ipsius mot⁹ auferrebant tps mediū ꝛ instātia media. q. sō credebāt se dormiuisse per tps qḋ totum arguit tps nō eē sine trāsmutatione ꝛ motu. ℭ Dubitaret forte aliq̄s utrū tps sit idē qḋ mot⁹. ꝛ utrū h sit bona predicatio tēpus est motus. videt ꝙ sic. Nā sm̄ ꝯ^{tes} tolle aīam ꝛ nō remanet nisi motus ꝛ res mota. tēpus ergo nō videt distare a motu nisi sm̄ quādā intētiōē aīe. Sed que sic differūt ut videt de se inuicē ꝑdicant. videmus eni ꝙ hō addit supple aīal intētionē quādā ne tn̄ ꝓpter huius intētionē additā impedit ꝑdicatio. uere eni hō est aīal ergo uere dicet ꝙ tēpus sit motus non obstāte ꝙ tps addit quādā intētionē sup2 motū. in ꝯriū autē est ph̄s qui negat hāc ꝑdicationē tēpus est motus. Dicēdū ꝙ ut ꝯ^{tor} ait: tps ꝛ motus sunt idem māliter. formaliter tn̄ differunt sicut actio ꝛ passio māliter sunt idē formaliter tn̄ differūt. sic tēpus ꝛ motus māliter sunt idē formaliter tn̄ differūt: ipsa eni prius ꝛ posterius in motu ut declarabit in seq̄nti lectione māliter sunt idē qḋ motus ꝛ sunt partes ei⁹ formaliter tn̄ nō sunt idē. motus eni nō diffinit sm̄ prius ꝛ posterius: l3 sm̄ ꝙ est actus mobilis. l3

ergo motus nō sit sine priori ꝛ posteriori. i ō tn̄ motus est alia a rōne prioris ꝛ posterioris: ut infra clarius ostēdet. cū igit prius ꝛ posterius in motu ut sunt numerata ab aīa cōplent rōnē tpis: op3 ꝙ ips formaliter differat a motu cū3 rō prioris ꝛ posterioris sit alia a rōne motus. ex hoc aūt q̄ntū3 ad pn̄s possumus dare triplicē dr̄iam iter tps ꝛ motū. tēpus eni ꝛ motus quedā accn̄tia sunt. accn̄s aūt ad tria cōparari pōt: ad sbm in quo est: ad na3 ꝓpriā: ꝛ ad suas ꝓprietates siue ad suas dr̄ias: ut albedo cōparat ad suā supficiē tanq̄3 ad sbm cōparat ad lucē3 tanq̄3 ad suā nām ꝛ tanq̄3 ad id qḋ est per essentiā ꝛ cōparat tertio ad disgregationē tanq̄3 ad suam ꝓprietatē uel tanq̄3 ad suā dr̄iam. albedo enim est quedam lux opaca disgregatiua visus in supficie existēs. Sed lux opaca est eēntialiter: quia lux est hipostasis ꝛ sba coloꝝ. qlibet enim color est essentialiter lux quedam obūbrata. in superficie aūt est tanq̄3 in sbto: sed disgregari cōpetit ei tanq̄3 ꝓpria dr̄ia. sm̄ autē hec oīa tria ad que pōt referri accn̄s differt tps a motu. nā cū tps sit prius ꝛ posterius in motu ꝛ sunt nūata ab aīa: op3 ꝙ tps differat a motu rōne sbti: q2 cū prius ꝛ posteri⁹ in motu sint in ipo motu: tps ut in sbto est in motu mot⁹ aūt ut in sbto nō est in seipso: s3 est in mobili. rursus tps sm̄ id qḋ est ꝛ formaliter est qdā nūs cū sit prius ꝛ posteri⁹: ut sunt numerata. motus aūt sm̄ id qḋ est ꝛ formaliter nō est numerus: sed est actus mobilis. amplius ꝓprietates motus sunt ꝙ sit uelox ꝛ tardus: tps autem ut ostēsum est nō est uelox neq3 tardū. Qḋ vero obiciebat ꝙ que differūt sm̄ solā intētionē aīe de se inuicē ꝑdicant. dicendū ꝙ utrū tēpus sm̄ id qḋ est ꝛ formaliter sit solū ens apud aīam infra declarabit. ad pn̄s aūt tn̄ dictum sit ꝙ qui differūt sm̄ intētionē aīe uel sm̄ rōnē ille rōnes uel sic se habēt ꝙ vna directe ꝛ in recto claudit in alia sicut ratio generis claudit in specie: ꝛ tūc nō impedit predicatio. uel ꝙ ille rōnes sunt opposite ꝛ disperate ꝛ vna directe nō claudit in alia: ꝛ tūc impedit predicatio. actio enim nō est passio. l3 actio ꝛ passio sint idem māliter ꝛ differāt sm̄ rationē uel sm̄ intentionē aīe: q2 ratio actionis nō claudit directe in ratione passionis nec ecōuerso: sic q2 ratio mot⁹ non claudit directe in ratione passionis nec ecōuerso: sic ratio motus nō claudit directe ꝛ in recto in ratione tpis nec ecōuerso tēpus nō est mot⁹ nec econuerso. ℭ Ulterius forte dubitaret aliq̄s utrū3 tps possit esse sine motu. videt ꝙ sic. tēpus enī3 est mēsura motus. Sed ut dr̄ 5° metha^{ce} mēsura refert ad mēsuratū: q2 mēsuratū refert ad ipsam sicut scibile refert ad scientiā3: q2 scīētia refert ad sciētiā: sed qḋ est sic relatiuū pōt remanere sblato alio relatiuo. sicut ergo pōt remanere scibile sublata scientia sic pōt remanere tēpus qḋ mēsura est motus sublato motu. Dicēdū ꝙ duplici via uenari possumus tēpus non esse sine motu. prima via sumit ex eo ꝙ motus est sbm tēporis. si enim nō pōt esse passio sine ꝓprio subiecto nō poterit esse tēpus sine motu. scd̄a via sumit ex eo ꝙ tēpus ꝛ motus sunt idem māliter. que enim sic sunt idem vnū3 sine alio esse nō pōt. passio enim que est eadem māliter actioni absq3 actione esse non ualet. tertia via sumit ex eo ꝙ motus est qd successiuū3. Nā cum tēpus sō sit mēsura nisi successiuoꝝ: oportet ꝙ nō sit sine mobilibus nec sine motu sine quo successio esse nō pōt:

nõ enim eẽt tp̃s ſm ad qd̃ eſt ⁊ eẽntialiter q̃daꝫ mẽſura ſucceſſiua niſi hẽret eẽntialẽ habitudinẽ ⁊ analogiã ad motũ ſine quo nõ põt eẽ ſucceſſio: qd̃ v̄o obijciebaꝛ de menſura ⁊ mẽſurato dicendũ ꝙ tp̃s ſicut in ſubiecto eſt in p̄mo motu ⁊ illius ſm ſe totũ nõ eſt mẽſura: ſed paſſio. aliorũ v̄o motuum eſt mẽſura. tp̃s aũt põt eſſe ſine hoc motu uel ſine illo cuius eſt mẽſura ſimpl'r: ſed nõ poteſt eẽ ſine motu ſimpl'r: q2 nõ põt eẽ ſine motu cuiꝰ eſt paſſio. habet enĩ tp̃s a motu illo ꝙ ſit mẽſura ſucceſſiua: ⁊ ꝙ ſit mẽſura alioꝝ motuũ: ⁊ q2 hẽt eſſentialẽ habitudinẽ ad illũ motũ: ideo ſine motu ſimpl'r uel ſine motu tp̃s eẽ nõ põt. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs quõ pcipiẽdo uel imaginãdo motũ pcipimus tp̃s. Dicẽdũ ꝙ ut cõiter poniꝛ eo ip̃o ꝙ imaginamꝰ motũ pcipimꝰ nos eẽ in eſſe trãſmutabili: ⁊ q2 oĩs trãſmutatio habet eẽ a p̄ motu: adeo ex hoc pcipimus tp̃s qd̃ eſt paſſio p̄mi motus. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Accipiendũ aũt quoniam querimus qd ſit tempus: hinc incipientibus qd motus eſt. Simul enim motũ ſentimus ⁊ tẽpus. Et nãq3 ſi ſint tenebre: ⁊ nihil per corpus patiamur: motus aũt aliqs in anima ſit: ſubito ſimul videꝛ fieri quodãmodo tempus. At v̄o ⁊ cum tempus videꝛ fieri aliquid: ſimul ⁊ motus aliqs fieri videtur. Quare aut ẽ motus: aut motus aliqd eſt tempus. Quoniam aũt ẽ non eſt motus: neceſſe eſt motus aliquid eſſe ipſum.

¶ Quia dixerat tp̃s nõ eẽ motũ ⁊ nõ eſſe ſine motu ideo ex hoc oñdit ꝙ tp̃s eſt aliqd ipſius motus. d. ꝙ qm̃ q̃rimus qd eſt motꝰ: ideo incipiẽtibꝰ hinc. i. ab ipſo motu accipiẽdũ eſt qd tp̃s eſt ipſius motꝰ: oportz enĩ ꝙ tp̃s ſit aliqd ipſius motꝰ. Nã ſil' cũ ſentimus motũ ſentimus ⁊ tp̃s ⁊ ecõuerſo: q2 ſi ſint tenebre ⁊ nihil per corpꝰ patiamur ſi ſit aliqs motus in aĩa ſil' videꝛ fieri tp̃s qd̃dãm: at v̄o ⁊ cũ tp̃s videꝛ aliqd fieri ſil' ⁊ motꝰ aliqs fieri videꝛ: ⁊ q2 ſunt annexa tp̃s ⁊ motus manifeſtũ eſt ꝙ tp̃s aut eſt motus: aut eſt aliqd ipſius motus: qm̃ autem declaratũ eſt ꝙ tẽpus nõ eſt ipſe motus neceſſe eſt ipſum tempus eſſe aliquid ipſius motus.

Lectio. XX.

Quoniam autem qd̃ mouetur: mouetur ex quodam in qddam: ⁊ oĩs magnitudo continua ſequitur magnitudinem motus: propter id enim ꝙ magnitudo continua eſt: ⁊ motus continuus erit. Quãtũ enĩ motꝰ eſt: tantũ ⁊ tẽpus videꝛ fieri. Prius aũt ⁊ poſterius in loco primum ſunt. Hec autem poſitione ſunt determinata. Quoniam aũt in magnitudine p̄mũ ⁊ ultimũ eſt: neceſſe eſt in motu prius ⁊ poſteriꝰ eſſe, pportionaliter his: que ſunt ibi. At v̄o ⁊ in tẽpore eſt prius ⁊ poſterius propter id qd̃ ſequitur ſemper alterum: alterum ipſorum.

¶ Poſtꝙ pħs pmiſit pambula neceſſaria ad diffinitionẽ tp̃is. in pte iſta uenaꝛ huiꝰ diffinitionez. Circa qd̃ duo facit: q2 p̄ uenaꝛ pticulas poſitas in diffinitione tp̃is. 2° ex hĩs particulis uenatis ↄcludit diffinitionẽ eiꝰ ibi[hoc enĩ eſt tp̃s.]Eſt aũt diffinitio tp̃is ꝙ eſt nũs motꝰ ſm p̄us ⁊ poſterius. In hac aũt diffinitione eſt tria ↄſiderare. p̄m eſt ꝙ tp̃s hẽt quãdã dependentiã ⁊ q̃ndaꝫ habitudinẽ ad motuꝫ. 2m eſt ꝙ hec habitudo determinaꝛ per p̄us ⁊ poſterius. 3m eſt ꝙ in hãc habitudine ſic determinata per p̄us ⁊ poſteriꝰ inueniꝛ rõ numeri. inueſtigãdo ergo pticulas poſitas in diffinitiõe tp̃is tria facit ſm ꝙ diffinitio eiꝰ hẽt tres pticulas. p̄ enĩ oſtẽdit ꝙ tp̃s habet quãdã habitudinẽ ad motũ ſicut motꝰ ad magnitudinẽ. ſcd̃o oſtẽdit ꝙ illa habitudo ſumiꝛ ſm p̄us ⁊ poſterius. tertio declarat ꝙ in hãc habitudine repiꝛ rõ numeri. 2ª ibi[eſt aũt p̄us ⁊ poſteriꝰ.]3ª ibi[qñ ĝdẽ igiꝛ.]Dicit ergo ꝙ qm̃ qd̃ moueꝛ: moueꝛ ex quodã in qddã: ita ꝙ mobile hẽt ptes: q2 partim eſt in termino ex quo moueꝛ: ⁊ ptim in eo ad qd̃ moueꝛ: ⁊ ẽt hẽ ptes ſunt ↄtinue: q2 oĩs magnitudo ↄtinua eſt. Si ergo magnitudo mobilis hẽt ptes ⁊ eſt qd ↄtinuũ: q2 motus ſequiꝛ magnitudinẽ motꝰ erit ↄtinuus: q2 magnitudo eſt qd ↄtinuũ. ⁊ ſicut motus ſequiꝛ magnitudinem ſic tẽpus ſequiꝛ motũ qd̃ patet: q2 quãtus eſt motus tãtum videꝛ fieri tẽpus: q2 ergo ſic eſt ꝙ tẽpus ſequitur motũ ⁊ motus magnitudinẽ prius ⁊ poſterius ſunt primũ. i. principaliter in loco ⁊ in magnitudine: ⁊ hec. i. in magnitudine ⁊ in loco ſunt prius ⁊ poſterius poſitione. i. rõne poſitiõis ⁊ ratione ſitꝰ: q2 eſt vna pars magnitudinis ſituata ⁊ poſita ante aliam: adeo in magnitudine repiꝛ prius ⁊ poſterius. qm̃ ergo in magnitudine reperitur primũ ⁊ ultimũ neceſſe eſt in motu eſſe prius ⁊ poſterius: ⁊ pportionaliter his que ſunt ibi. i. in magnitudine. Nam ſm illã pportionẽ ſm quam repiꝛ prius ⁊ poſterius in magnitudine repitur prius ⁊ poſterius in motu: at v̄o ſi in motu eſt prius ⁊ poſterius: ⁊ in tẽpore eſt prius ⁊ poſterius, ppter id qd̃ ſemper alterũ ipſoꝝ ſequiꝛ alteruꝫ: ſemp enim tẽpus ſequitur motũ. ¶ Notandũ autẽ ꝙ ſi prioritas repiꝛ in tẽpore per motũ ⁊ in motu per magnitudinẽ declarata eſt prima pticula que dicebatur declarãda. vꝫ ꝙ tp̃s habet quãdã habitudinẽ ad motũ ſicut motus ad magnitudinẽ. ¶ Notandũ etiã ꝙ prioritas ⁊ poſterioritas dicunꝛ eſſe p̄ncipaliter in magnitudine non ꝙ hec nõ ſint in magnitudine per aliud. habet enim magnitudo p̄oritatẽ ⁊ poſterioritatẽ per ſitum ſiue per poſitionẽ: eo enim ꝙ ptes eius ſunt ordinate poſite repiꝛ in magnitudine p̄us ⁊ poſterius. dicunꝛ ergo in magnitudine eſſe p̄oritas ⁊ poſterioritas reſpectu tẽporis ⁊ motus: q2 prius ⁊ poſterius in motu ⁊ tẽpore deriuaꝛ a p̄ori ⁊ poſteriori in magnitudine. ¶ Notandũ etiã ꝙ ↄſecutio põt accipi dupliciter uel q̃tum ad eſſe uel q̃tuꝫ ad illationẽ: ſi accipiaꝛ quãtũ ad eſſe: ſic tp̃s ſeqtur motuꝫ ⁊ nõ ecõuerſo: ſed ſi accipiaꝛ ↄſecutio q̃tuꝫ ad illationẽ ſic ſeqtur tẽpus motum ⁊ econuerſo. ualet enim illatio ꝙ ſi eſt tp̃s eſt motus ⁊ ecõuerſo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt prius ⁊ poſterius ipſorũ in motu: quod eqdeꝫ ens motus eſt: tamẽ eſſe ipſius alterũ eſt: ⁊ non eſt motus. At v̄o ⁊ tẽpus cognoſcimus: cũ diffinimus mo

tū prius et posterius determinātes: et tūc dicimus fieri tēpus: qū priora et posterioris in motu sensum pcipimus. Determinamus aūt in accipiēdo aliud et aliud ipsum: et mediū ipsoꝝ alterū. Cū enim altera extrema medij intelligimus: et duo dicat anima ipsa: nūc hoc quidem prius: aliud vero posterius: tūc et hoc dicimus esse tempus. Determinatum enim ipso nunc tempus esse videtur et supponatur.

¶ Declarat scdam particulā. vz qꝫ habitudo tpis ad motū accipiēda est fm prius et posterius: ideo ait qꝫ prius et posterius est ipsoꝝ. i. de duo ipsoꝝ que sunt in motu et hꝰ prius et posteriꝰ qꝺ qdē est ens motus est in eē cū ipsi priori et posteriori est alierum a motu et formaliter nō est motꝰ. Repit eni prius et posteriꝰ in motu et qītū ad eē qꝺ hūt in ma sunt ipse motus: tū formaliter et fm eē diffinitiū hꝰ prius et posterius differūt a motu: sed lz rō prioris et posterioris in motu differat a motu: tps tū hēt habitudinē ad motū put in eo repit prius et posterius: ideo subdit qꝫ at vero et tps cognoscimus et diffinimus fm motū determinādo ipm fm prius et posterius: et tūc dicimus fieri tps qū in motu pcipimus sensuz prioris et posterioris. determinamusꝰ aūt ips in accipiēdo ipsuz prius et posteriꝰ eē aliud et aliud in accipiēdo mediū ipsoꝝ eē aliqd alteꝝ. Nā cū intelligimus extrema ipsiꝰ medij esse altera et diuersa ita qꝫ aīa dicat ipsa duo nūc eē diuersa ita qꝫ hꝫ qdē nūc dicat esse prius: illud vero posterius: tūc hꝫ dicimus eē tps. videt enim tps esse determinatū ipso nunc est hꝫ supponat ad prius: qꝛ in seqntibꝰ hoc erit magis manifestum. pz ergo qꝫ determinamus tps fm prius et posterius que repiunt in motu et tps habet habitudinē ad motū fm qꝫ in eo repit prius et posterius qꝺ dicebat 2ᵒ declarādū. ¶ Notādū aūt qꝫ sicut intelligēdo duo pūcta et itelligēdo inter ea esse aliqd mediū intelligimus lineā: qꝛ inter duo pūcta nō pōt eē aliqd mediū nisi linea sit intelligēdo duo nūc quoꝝ vnū sit prius aliud posteriꝰ et itelligēdo inter ipsa nūc eē aliqd in medio statī intelligimus tps: qꝛ īter duo nūc de necessitate est in medio tps aliqꝺ: statī ergo cū aīa itelligit duo extrema. i. duo nūc eē dīa adinuicē: qꝛ intelligit iter ea esse aliqd mediū statim intelligit tps: cū igit nō pūt accipi duo nūc quoꝝ vnū sit prius aliud posterius nisi accipiant fm prius et posterius in motu: opz qꝫ tps habeat habitudinē ad motum put in eo repetitur prius et posterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quādo qdem igit tanqꝫ vnum ipsum nūc sentimus. et nō sit sicut prius et posterius in motu: aut ut idē qdem prioris: aut posterioris alicuius: nō videt tēpus fieri nullūqꝫ neqꝫ motus. Cuz autem prius et posterius est: tunc dicimus tempus.

¶ Declarat tertiā pticulā positā in diffinitione tpis. vz qꝫ in habitudine quā hēt tps ad motuz repit rō numeri: ideo ait qꝫ qū qdē igit sentimus ipsuz nūc tanqꝫ vnū: ita qꝫ nō sit in motu nūc prius et posteriꝰ qū imaginamur uel sentimus eē idez nūc alicuius prioris aut posterioris: non vꝫ fieri ullū tps: qꝛ neqꝫ vꝫ fieri motꝰ. sic igit in vno nūc nō fit motꝰ: sed opz imaginari diuersa nūc si uolumꝰ imaginari motuz ita oporteb: imaginari diuersa nūc si uolumꝰ imaginari tps: ideo subdit: cū aūt supple sentimus uel imaginamur qꝫ est nūc prius et posteriꝰ: tūc dicimus esse tps: nunqꝫ ergo imaginamur tps nisi imaginemur plura nunc uel nisi imaginamur in ipso motu esse aliq plura quoꝝ vnū sit prius et aliud posterius cū igit semp intelligat aliqs numerus esse oportet qꝫ in habitudine quam habet tempus ad motum sit aliqua ratio numeri. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc enīz est tps. Numerus motus fm prius et posterius. Nō ergo motus tēpus est: sed fm qꝺ numerum habet motus.

¶ Uenatis pticulis positis in diffinitione tpis pcludit diffinitionē eiꝰ tanqꝫ manifestā et declaratā circa qꝺ tria facit. qꝛ pᵒ facit qꝺ dictū est. scdo qꝛ dixerat tps esse numeꝝ declarat hꝫ per qꝺdā signū. tertio manifestat cuiꝰ numerꝰ sit tps ondens qꝫ est numerꝰ numeratꝰ nō numerꝰ quo numeramꝰ. scda ibi [signū aūt.] 3ᵃ ibi [qm aūt nūs.] Cōtinuet sic: dictū est qꝫ tps hꝫ habitudinē ad motū fm prius et posteriꝰ: et qꝛ in hꝰ habitudine repert qdā numeri rō qꝛ igit sic est manifestū est hꝫ eni est tps. s. numerus motꝰ fm prius et posteriꝰ. Nō ergo tps est motꝰ sed sumitur ex motu fm qꝫ motus habet numerū prioris et posterioris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Signū est aūt: plus quidem enim et minus iudicamus numero. Motum autez in plurem et minorem tēpore. Numerus itaqꝫ quidem tempus est.

¶ Probat tps eē numeꝝ per qꝺdā signū. d. signum aūt qꝫ tps est numerꝰ est qꝛ nos iudicamꝰ aliqd eē plus et minꝰ uel multū et paucū numero. i. per numerū. motū aūt dicimus eē plurē et minorē. i. tunc multū et paucorē tpe. i. pter ipsū tps itaqꝫ est qdā numerus. ¶ Notādū aūt qꝫ multū et paucum magis pprie repert in numeris qꝫ in magnitudinibus. Si ergo dicimus qꝫ sit plus et minus uꝫ qꝫ sit multus et paucus rōne tpis et qa fit in multo uel in pauco tpe signū est qꝫ tps habeat rōnez cuiusdā numeri: cū per ipsum iudicemus multitudinem et paucitatem motus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm aūt numerus est dupliciter: et nāqꝫ qꝺ numerat et numerabilē numerū dicimus: et quo numeramꝰ: tēpus aūt est qꝺ numerat: et nō quo numeramus. Est aūt alterū quo numeramus. et qꝺ numerat.

¶ Ostendit cuius numerus sit tps. d. qꝫ numerꝰ est dupliciter. Nā id qꝺ numerat et ipz numerabile dicimꝰ eē numerū et id qꝺ numeramꝰ est et numerus tps aūt est ipz numerabile uel est numerꝰ qꝺ numerat nō est numerus quo numeramus: subdit aūt qꝫ alterū est quo numeramus et qꝺ numerat: qꝛ ergo alterū est hoc ab illo bū se hꝫ dicē cuiꝰ nūs est tps. ¶ Dubitaret forte aliqs utrū prius et posterius in motu sint formaliter ipse motꝰ uel sint de rōne motus. Dicēdū qꝫ nō est icōueniēs aliq nō separi fm eē que tū separant fm rōnē et diffinitionē. genꝰ eni lz fm eē nō possit separi ab oībꝰ speciebꝰ qꝛ nihil est in gnē qꝺ nō sit in aliq specie: rō tū generis est pter rōnē cuiuslibet spēi: sic est in pposito lz motꝰ fm eē

non possit separi a priori ⁊ posteriori rōm̄ motus est preter rōnez prioris ⁊ posterioris: ita ꝙ si diffiniret mot⁹ p̄us ⁊ posterius nō caderēt in diffinitione eius qḋ sic declaraṫ. nihil eni diffiniṫ per id qḋ potētialiter reseruaṫ in ipso. p̄us enīz ⁊ posteri⁹ in motu habēt eē in potētia. ꝙ̄diu eni durat mot⁹ uel ꝙ̄diu cōtinuaṫ motus que accipiunṫ in eo f̄m prius ⁊ posterius sunt in potētia solū. aliter enīz motus f̄m illō qḋ est non esset quid continuum: sed qd discretū. Si ergo diffinitaṫ motus diffiniṫ per hoc qḋ est act⁹ mobilis nō per hoc qḋ in eo hēt esse prius ⁊ posterius: q2 talia sunt solū potētialiter in ipso: sed h̄ magis erit manifestū circa finem huius capituli ubi ostēdetur ꝙ ad esse mot⁹ nihil facit anima sed ad esse temporis aliquo modo facit animā q2 prius ⁊ posteri⁹ in motu que complent rationez temporis sunt in actu per significationē anime. ad presens autem intantum dictum sit ꝙ motus f̄m esse quod habet non separatur a priori ⁊ posteriori cū sit act⁹ successiuus. ratio tamē motus est preter rationē prioris ⁊ posterioris. bene ergo dictū est qḋ dicit ph̄s ꝙ p̄us ⁊ posterius in motu f̄z ꝙ est ens f̄m esse actuale qḋ hēt est ipse mot⁹. tn̄ f̄z eē diffinitiuū ⁊ f̄m rōnē est alter͂ a motu. ¶ Ulterius dubitaret aliqs utrū p̄us ⁊ posteri⁹ in tp̄e differāt a p̄ori ⁊ posteriori in motu. Dicēdū ꝙ formaliter ⁊ f̄m ꝙ h⁹ semp effect⁹ differt a sua cāq2 si h̄ nō eēt tunc idez f̄m idē esset sibiipsi cā essendi uel esset cā suipsius qḋ est incōueniens. cū ergo p̄us ⁊ posterius in motu causenṫ a priori ⁊ posteriori in magnitudine ⁊ prius ⁊ posterius in tp̄e causeṫ a priori ⁊ posteriori in motu ut patuit per ph̄m oportuit hec oia formal'r ⁊ f̄m ꝙ h⁹ᵐ esse adinuicē altera ⁊ differētia. p̄us ergo ⁊ posterius in motu differt a p̄ori ⁊ posteriori in magnitudine ⁊ p̄us ⁊ posterius in tp̄e formal'r est alterū a p̄ori ⁊ posteriori in motu. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs cū in diffōne tēporis ponaṫ p̄us ⁊ posterius utrū h⁹ᵐ p̄us ⁊ posterius que ponunṫ in diffōne eius accipiēda sunt prout repiunṫ in tp̄e uel put repiunṫ in motu. Dicēdū ꝙ p̄us ⁊ posteri⁹ que ponunṫ in diffōne tp̄is non sunt p̄us ⁊ posteri⁹ in tp̄e sed sunt p̄us ⁊ posteri⁹ in motu quod sic declaraṫ. dicebaṫ eni sup̄ ꝙ ꝙ̄escū ꝙ fit circulatio ꝙ̄ est conuersio alicuius sup̄ seip̄sum ut si. a. pbat. b. ⁊ b. pbat. a. sequiṫ ꝙ. a. pbat seip̄m. cū ergo p̄us ⁊ posteri⁹ in tp̄e diffiniant ⁊ determinenṫ per ip̄m tp̄s q2 pptꝰ tp̄s cognoscimus prius ⁊ posterius in tp̄e: sequiṫ ꝙ si prius ⁊ posterius in tp̄e essent diffinitiua tp̄is cum tp̄s hēat diffinire ⁊ determinare talia tp̄s diffiniret ⁊ determinaret seip̄m qḋ est incōueniēs. Nā si aliqd eēt diffinitiuū ⁊ determinatiuū suipsi⁹. tūc idē eēt noti⁹ ⁊ ignoti⁹ seipso. p̄us ergo ⁊ posterius in tp̄e cū diffinianṫ per tp̄s nō ponunṫ in diffōne tp̄is. Sz prius ⁊ posterius que ponunṫ in diffinitione tp̄is sūt prius ⁊ posteri⁹ in motu ut sunt numerata ab anima cōplent rationē tp̄is. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis utrū tp̄s sit nūs. Dicendū ꝙ tp̄s formaliter est nūs mālr est qd cōtinuū. mot⁹ aūt quasi eōtrario magis est qd cōtinuūz ꝙ̄ nūs. ratio enīz ip̄s cōpleṫ ex priori ⁊ posteriori in motu ut sunt nūata ab anima. ergo tp̄s f̄m se ⁊ formal'r habet rationē numeri: uerū q2 numerus hui⁹ ⁊ huius prius ⁊ posterius habēt esse in motu que sunt qd cōtinuum. ideo tp̄s mālr est qd cōtinuū: q2 subiectū respectu passionis que fundaṫ in ipso habet rōnē mālis p̄ncipij cū ergo tp̄s ut in subiecto fundeṫ in motu māliter est qd cōtinuū sed formal'r est nūs. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs utrū tp̄s sit nūs numeratus. Dicēdūz ꝙ duplici via uenari possumus ꝙ tp̄s magis diffiniendum est per hoc ꝙ est nūs numeratus ꝙ̄ ex eo ꝙ sit nūs quo numeramus. Prima via est q2 ut cōiter poniṫ nūs quo numeramus est numerus accept⁹ simpliciter sed numer⁹ numeratus est numerus applicat⁹ ad res numerabiles tēpus ergo est numerus numerat⁹ quia est numerus applicatus ad motū. nō est aūt numer⁹ quo numeramus quia nō est numerus simpliciter sumpt⁹ si eni h̄ esset cū ratio numeri simpliciter reperiatur in omni numero si tp̄s eēt numerus simpliciter uel esset numerus quo numeram⁹: sequereṫ ꝙ oīs numerus esset tp̄s qḋ est incōueniens. Scd̄a via ad inuestigādū h̄ idē sic sumiṫ. Nā prius ⁊ posterius in motu possunt ꝯsiderari dupliciter: uel ut sunt in motu primo uel ut sunt in motib⁹ alijs. si ꝯsideranṫ ut sunt in motu primo sic prius ⁊ posteri⁹ sunt numerata ab aīa cōplēte rōnē tp̄is. tp̄s eni ut cōparatur ad prius ⁊ posterius in motu p̄mo h̄z rōnē numeri numerati. sed si cōpareṫ ad prius ⁊ posterius que reperiunṫ in alijs motib⁹ sic tp̄s quodāmodo h̄z rōnē numeri numerātis. tp̄s eni nō pprie est mēsura p̄mi mot⁹ sz est passio eius. est tn̄ mēsura aliorū motuū. cū ergo res magis diffiniaṫ per sua priora ꝙ̄ per sua posteriora tp̄s nō pprie h̄z diffiniri p prius ⁊ posterius alior͂ motuū sed per prius ⁊ posteri⁹ primi motus. magis ergo diffiniṫ tēpus ut est numerus numerat⁹ ꝙ̄ ut est numerus numerās q2 ⁊ si tp̄s cōparatū ad prius ⁊ posterius aliorum motuū h̄z rōnem numerātis: cōparatū tn̄ ad prius ⁊ posterius p̄mi motus per que accipiēda est diffinitio eius h̄z magis rōnē numerati ut infra clari⁹ ostendeṫ. Hec aūt due vie qbus ꝯsūm est tp̄s esse numerū numeratū uidenṫ esse necessarie ad intelligendū ueritatē quesiti nec una sine alia uideṫ sufficere. sunt aūt ⁊ alie rōnes ppter quas diciṫ tēpus numerus numeratus. Sed de his in prosequendo patebit.

Lectio XXI.

Et sicut mot⁹ semper aliud: sic ⁊ tp̄s. Qḋ aūt simul oē tp̄s idē est. Ipsū enim nūc idez est quod quidē erat. Esse autem ipsi alterum est.

c

¶ Postꝙ̄ philosophus declarauit diffinitionem temporis in parte ista soluit dubitationes factas circa tempus. de tempore autem supra dubitatū fuit an tempus eēt. ⁊ huic dubitationi annexa fuit dubitatio alia an scilicet esset unum ⁊ idem nunc in toto tempore. duo ergo facit: quia primo soluit dubitationem factam de tempore. secundo dubitationem factam de nunc siue de instanti ibi [ipsum eni nunc.] Ad euidentiā prime partis sciendum ꝙ ut supra dicebatur ꝙ l3 partes temporis non sint est tamen tempus: quia tempus est quid successiuum ⁊ esse eius non est in simultate partium sed in ordine partium. Soluere ergo ad dubitationem factam ꝙ non est tempus quia non sunt partes eius nihil est aliud ꝙ̄ ostendere ꝙ tempus non est de genere permanentium sed de genere successiuorum ⁊ esse quid successiuum sicut ⁊ motus: ideo ait quod sicut motus per se est aliud post aliud,

q: semp est vna pars post aliā ⁊ est qd successiuū sic ⁊ tpˢ est qd successiuū: ex q̄ patet q̄ nō opꝫ ptes tpis sil' esse ut supponebat dubitatio pmissa de tpe sed sufficit q̄ ptes tpis successiue cōpleanᷓ sicut ⁊ ptes mot⁹: ⁊ q: tātaꝫ affinitatē hēt tpˢ cū motu ne aliqs crederet q̄ tpˢ formal'r eēt mot⁹ att q̄ oē tēpus qđ est sil' est idē qđ de motu dici non potest. ¶ Notandū autē q̄ lꝫ tpˢ sit sīmal'ter mot⁹ ⁊ lꝫ sit qd successiuum sicut ⁊ mot⁹. differt tñ a motu: q: simpliciter possunt esse plures mot⁹ simul. nō autē plura tempora simul. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ipsum autem nūc tempus mensurat. s̄m quod prius ⁊ posterius est.

¶ Soluit dubitationē factā de istāti. pbabaᷓ eni supra q̄ esset vnū nūc in toto tpe ⁊ q̄ nō eēt vnū. hⁱⁿ aūt solutio est per distinctionē: q: q̄dāmō est vnū ⁊ q̄dāmō nō est vnū. est eni in toto tpe vnū nūc s̄ꝫ rē sed nō est vnū nūc s̄m eē diffinitiuū siue s̄m rōnē. duo ḡ facit. q: pmo ponit hⁱⁿ solutionē. 2° assignat cām eoꝝ que dicunᷓ de ipso nūc ibi [manifestū autem est.] Circa pmū duo facit. q: p̄ ponit in gn̄ali dicte solutionis maꝫ. 2° quedā que supposuerat declarat ibi [ipm aūt nūc est q̄dē.] Dicit ḡ q̄ ipsum nūc supple in toto tpe est idē supple s̄ꝫ rē sed q̄ qd erat eē. i. diffinitio ⁊ rō ei⁹ est qd alteꝝ ⁊ alteꝝ qđ patet: q: ipꝫ nūc mēsurat tpˢ s̄ꝫ pus ⁊ posteri⁹. ipꝫ ergo nūc lꝫ sit idē s̄m reꝫ in toto tpe. tñ cū mēsurat tpˢ per pus est aliud s̄m rōnem q̄ ut mēsurat ipꝫ tpˢ s̄m posterius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ipm aūt nūc est q̄dē sicut idē: est vo sicut nō idē: s̄m q̄dē enī q̄ in alio ⁊ alio alterū est. Hoc vo erat ipsi nūc. In q̄tum aūt q̄dcūq3 ens est ipsum nunc idem est.

¶ Ponit scdam habitudinē tpis ad motū dicēs q motui eē in tpe est mēsurari tpe & ipm eē ei°. sil' enī & motū & esse mot° mēsurat tps & h est ipsi motui eē in tpe mēsurari tpe eē ipsius mot° & ēt ipm motuz. Sunt ergo due habitudines ipsius tpis ad motū. pmo qr tps mēsurat motū mēsurādo partē ei°. 2° qr mensurat ipm eū fm se qz fz esse eius. ¶ Dubitaret forte aliquis vnū est q tps mēsurat motum mēsurādo partē eius. Dicēdū q tps est mēsura quedā & h' mensura cōparari habet ad motū primū in quo est sicut in subo & ēt ad mot° alios qs ptinet tanqz mēsurata. tripliri ergo via possumus ostendere q tps mēsurat motuz mēsurando partē eius. pma via sumit ex eo q tps est mēsura qdaz. 2° ex cōparatione quā habet ad motū pmū. tertio ex pportione quā habet ad mot° alios. pma sic patet. Nam fm pbm 4° metha semp mēsurā ponimus ad motū in quo nō sic de facili pōt cadere error: & qr in minori quātitate minus accidit deceptio qz in maiori semper mēsura videt habē rōnem quādā minimi. eo ergo ipso q tps habet ratonē mensure cōgruētius est q tpe mēsuremus motum particulariter ut q primo mēsuremus vnā partē motus. & postea aliam donec compleatur tota mensuratio motus qz q simul tpe mēsuremus totum motū. Nam sic mensurādo aō poneremus mensurā esse qd minimū & magis nō ibi accideret deceptio. magis eniz deciperemur mēsurādo totū simul qz mēsurādo ptem post partē. 2° via sumit ex habitudine quā habet tēpus ad motū pmum. nihil eni mēsurat tpe nisi cōtineat a tpe aūt motus primus fm totū suū eē nō cōtinet a tpe. si ergo tps aliquo modo mēsurat motum illū oportet q mēsuret ipm mensurando ptes eius. 3° via sumit ex habitudine quā habet tps ad hos particulares mot°. lz eni aliquo modo tps mēsuret motū primū. tamē nō est pprie mēsura illius motus sed passio. mēsura aūt est alioz motuuz. di ergo tps mēsurare motū: qr mot° partem mēsurat: quia mēsurat hos motus qui sunt quasi partiales respectu primi motus. prima tamen via magis est ad propositum & magis est de intētione pbi. ¶ Ut tertio forte dubitaret aliqs utrū tps mēsuret motum & esse eius. Dicendū q duplici via declarare possum° q tps mēsurat motū & eē mot°. prima talis qn aliqd mēsurat aliq mēsura: tūc mēsura proprie debet actui & nūc mēsure debet rei habēti illū actū ut si eniz est mensura subaz separataz oportet q eius mēsuret actū talū subaz separatan & nūc eui mēsuret ipsam subam habentē talē actū. eius q est mēsura itelligētie & nūc eui mēsurat subam habentē tale esse. Si etiā nūc ipso mensurat ipm mobile sed tps mēsurat actū eius. i. mēsurat motū qui est act° mobilis. est igit alia mensura ipsius rei & alia act° eius: sed h est qn res sic est distincta a suo actu q per cōparationez ad mēsurā nō hēt rōnez actus nec ei rndet mēsura sed nūc mēsure: ut qr per cōparationē ad tps hoc mō mobile est differēs a motu nō est eadē mēsura utriusq & ēt suba itelligētie sic est differēs a suo esse nō eadē mēsura mēsurat substātia illa & esse ei°: sed ut dictum est illō mēsurat euo. suba aūt nūc eui. cū ergo mot° sit tpe actus: qr est actus mobilis & cū motus per cōparationē ad mēsurā habeat rōnez actus: qr ipse motus mēsuratur tpe nō dabimus aliā mēsurā motui & aliā actui eius: nec dicemus q alia mēsura mēsuret mot° & alia esse eius. motus eni & esse eius per cōparationem ad mēsurā nō habent drīam. Nā si mot° mēsurat tpe: qr est actus mobilis cū ex hoc hēat esse qr est actus eius: nō alia mēsura mēsurabit mot° & esse eius: ppter qd & si possit assignari drīa iter motū & esse eius per cōparationē. n ad mēsurā nō reperitur ibi. d. 2ª via sumit ex analogia & proportione quā habet mēsura ad mēsuratum. cū enim mensura debeat esse vnigena mensurato cū tps habeat vnigeneitatē tam cū motu qz cuz esse eius tps erit mēsura utriusq. motus enim nec manet fm se nec fm suuz esse. sicut enim in tpe semp eius est pars posterior realiter alia a priori: sic & mot° tā fm suā quātitatē qz fm suū esse pars posterior est realiter differēs a priori. ppter ergo hāc vnigeneitatē vnius ad alterū tam motus qz esse eius mēsurat tpe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Manifestum autem q & alijs hoc est in tpe esse: mensurari esse ipsoz sub tēpore.**

¶ Ostēdit quō mobilia mēsurant tpe. circa qd duo facit fz q tps duplicē habet habitudinē ad mobile. prima est qr mēsurat eē eius. scda est qr cōtinet ipm. 2° ergo ostēdit q tps mēsurat esse mobiliuz. 2° q cōtinet ipsa mobilia ibi [in tpe eniz.] continuet

esse. cũ igit tempus sit mensura mobilis eo q est mẽsura mot⁹ manifestũ est qz z aliis .i. mobilib⁹ B est esse in tpe: qz esse eoꝝ .i. mobilium ptingit mẽsurari sub tpe. C Notandũ aũt q aliter mẽsuratur mot⁹ tpe z aliter mobile. mot⁹ eni mensuraĩ tpe: qz tam mot⁹ qz esse ei⁹ mẽsuraĩ tpe. mobile aũt non sic mensuraĩ tpe: q ipsa suba rei mobilis tpe mẽsuretur. sed videĩ mobile tpe mensurari: qz esse eius z motũ ipsius mẽsuramus tpe. hoc aũt quõ sit in sequẽti lectione patebit. C Deinde cum dicit.

C In tpe eni esse duoꝝ est: alterũ vnũ qui dẽ esse tũc: qñ tps est: vnũ autẽ sicut q̃daz dicimus qz in numero sũt. Hoc aũt significat aut sicut partẽ numeri z passionez: z oino qd numeri est aliqd: aut qd est ipsius numerus. Qm̃ aũt numerus tps est: ipsũ quidẽ nũc z prius: z quecũq sunt huiusmodi: sic in tpe sunt: sicut in numero vnitas z supfluus z par. Hec qdem numeri aliquid: illa vo tpis aliqd sunt. Res autẽ sicut in numero in tempore sunt.

C Ostẽdit q mobilia mẽsurata a tpe cõtinenĩ a tpe circa qd duo facit: qz pmo facit qd dictuz est. scdo assignat diuersas habitudines q̃s hẽt tps ad ipsa tpalia que mẽsurat ibi⌊ Sed B qdez accidit. ⌋ Circa primũ duo facit. qz p pmittit q̃da diuisionẽ necessariã ad ꝓpositum. 2⁰ diuisione pmissa arguit intentũ ibi⌊ si aũt hoc est. ⌋ Dicit ergo q in tpe esse est alterũ duoꝝ modoꝝ. vnũ quidez .i. fm vnũ modũ dicimus esse in tpe si est tũc qñ est tps. vnũ aũt .i. fm vnũ aliuz modũ dicim⁹ q̃da esse in tpe: qz sunt in eo sicut in nũero. B aũt .s. eẽ in tpe sicut in numero etiã dr multipliciter: qz aut. si g esse in numero sicut partẽ numeri z passionem numeri z oino qd est aliqd numeri aut significat eẽ in numero q pro qz: qz est numerus ipsius .i. qz numeraĩ a numero. sicut g aliqd est in numero: qz est aliqd nũi vel qz numeraĩ a nũo: sic aliqd est in tpe: qz est aliqd tpis: vl' qz nũatur a tpe. io subdit q qm̃ tps est nũs ipsum nũc z ipm pus z ipsuz posteri⁹ z quecunq sũt hmõi sic sunt in tpe sicut vnitas z supfluus z par sunt in nũo. hoc qdez eni .s. supfluũ vnitas z hmõi sũt in nũo: qz sunt aliqd ipsi⁹ nũi. illa vo .s. pus z posterius z talia sunt in tpe: qz sunt aliqd tpis. Sed res tpales sunt in tpe nõ qz sunt aliqd tpis sed sunt in eo sicut in nũo: qz numeranĩ a tpe. C Notandũ q ut patet ex dictis esse in tpe sumiĩ trib⁹ modis. vno mõ large z improprie ut dicaĩ aliqd esse in tpe: qz est qñ est tps fz quẽ modũ loquẽdi itelligẽte sunt in tpe sed hoc est valde iproprie. sũt eni in tpe nõ qz cõtineanĩ a tpe: sed qz sunt qñ est tps. scdo aliqd dr eẽ in tpe: qz est aliqd tpis. 3⁰ dr aliqd esse in tpe: qz cõtinetur siue mẽsuraĩ siue numeraĩ a tpe fm quẽ modũ oẽs res tpales sunt in tpe. C Notãdũ ẽt q 2ᵐ mẽbrũ diuisionis videlicet esse in tpe: qz est aliqd tpis tripliciter põt sumi. vl' hoc est tanq̃ pars z sic pteritũ z futuꝝ sunt in tpe: qz sunt partes tpis z numerus ipar ut ternari⁹ est in nũo: qz est pars nũi. 2⁰ hoc põt esse tanq̃ passio z sic lõgũ z breue sunt in tpe: qz sunt ꝓprietates tpis z supfluus sm e superabũdãs z diminut⁹ sunt in numero: qz sunt passiones numeri. sunt eni ꝓprietates nũeri abũdãs pfe

ctũ z diminutũ. tertio põt dici esse in tpe qd est aliqd tpis tanq̃ pncipium z sic nũc pus est in tpe: qz põt accipi ut pn^m pteriti. z nũc posterius est in tpe: qz põt esse pn^m futuri. sic ẽt vnitas est in numero: qz est pncipium numeri. C Deinde cum dicit.

C Si aũt hoc est ptinenĩ sub numero: sicut que sunt in loco: sub loco. Manifestũ aũt est qm̃ nõ est in tpe esse: qñ tps est: sicut neq in motu esse: neq in loco: qñ locus est z motus. Si enim erit qd est in aliquo: sic omnes res erunt in quolibet: z celuz in milio. Qñ enim milium est: est z celum.

C Ostẽso q̃t modis aliqd est in tpe ex diuisione premissa arguit intentũ dicẽs. si aũt B est q .s. res numerabiles ꝓprie sunt in numero patet sup. q ꝓprie sunt in numero que cõtinenĩ sub numero sicut que sũt in loco ptinenĩ sub loco. z qz ita est manifestuz est qm̃ nõ est esse in tpe eẽ qñ est tps sicut nec est eẽ in loco z esse in motu esse qñ est mot⁹ z locus: qz si erit qd est esse in aliquo esse qñ est illud sic oẽs res erũt in qu olibet z celũ erit in milio .i. in grano milij: qz est celũ qñ est granũ milij. posset autez sic formari ratio ad ostendẽdũ q ea ꝓprie sũt in tpe que cõtinenĩ a tpe. Nã sicut se habet loc⁹ ad ea que sũt in loco sic se hẽt tps ad ea que sunt in tpe. cũ ergo nõ ꝓprie z per se sunt in loco nisi que ptinenĩ a loco per se z ꝓprie nõ erũt in tpe nisi que cõtinenĩ a tpe. C Dubitaret forte aliqs vñ est q nõ ꝓprie est aliqd in tpe nisi numereĩ a tpe. Dicenduz q plane patet q nõ ꝓprie sũt in tpe que sunt qñ est tps: qz sic nihil esset supra tps. Nã de⁹ ipse est qñ tps est. Dubiũ ergo est utrũ sint ꝓprie in tpe que sunt aliquid tpis. videĩ eni per ptes tpis z ꝓprietates ei⁹ z ea que sũt aliqd tpis ꝓprie sunt in tpe. Nõ ergo solum ꝓprie est in tpe qd numeraĩ a tpe. Sciendũ igiĩ q vnũ z idem sub diuersis intẽtionib⁹ accipi põt: z ut accipiĩ sub vna intẽtione est aliqd est propriũ z cõuenit ei per se: qd si accipiaĩ sub intẽtione alia illud est ei extraneũ z cõpetit ei qñ per accñs eadẽ enim res noiat triangulus z pncipiũ figurarũ. atñ illa res accepta sub hac intentione que est triãgulus competit ei per se z p habere tres. qd si accipiaĩ ut est figurarũ pn^m cõpeteret ei q̃si per accidens. plane enim vult pBs q ut triangulus stat sub hoc attributo qd est habẽ tres: accidit ei q sit pncipiũ figurarũ. cũ ergo tps ut tps est sit numer⁹ qdam alia est acceptio tpis si accipiaĩ ut tps est z alia si accipiaĩ ut est q̃dã subiectũ vel ut est quoddam totũ vel ut est quoddã causatũ. Nam ut tps est qz sic est quidaz numer⁹ cõparaĩ ad ea que ꝑ est numeruꝭ. ut subiectũ est cõparaĩ ad suas passiones sed ut est totũ cõparaĩ ad suas partes. sz ut est causatum cõparaĩ ad ipm nũc a quo dependet tanq̃ a sua causa vel a suo pncipio. sunt ergo ꝓprietates tpis in tpe sicut in subiecto ptes eius sunt in eo sicut in toto. nũc aũt est in tpe sicut pncipiuz z sicut causa in suo causato vel sicut terminus in eo cuius est terminus. oia ergo ista que sunt aliqd tpis sunt in tempore sed nõ sunt in eo fm q tps est sed sunt in eo ut est quoddã subiectũ vel ut est quoddã totũ vel ut est qd causatũ z terminatum. Nam cũ tps ut tẽpus est sit quidã numerus solũ ea sunt in tpe ut tẽpus est que sunt in eo tanq̃ in nũero. z qz sic

esse in tpe est numerari ab ipso patet q pprie z fm q h' nihil est in tpe nisi qd numerat ab eo. pot ȝ multis modis accipi esse in tpe. sȝ per se z pprie acceptio ei' est numerari a tpe. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs: qz cuȝ nunc sit nūs tēporis z tps sit nūs numerat' per ipsa nūc vȝ q nunc sit in tēpore tanq̄ in nūo. Dicēduȝ q nūan qddā mēsurari est z ea sunt in nūo que sunt in mēsura qdā. cū ȝ esse in mēsura nō pprie dicat mēsurare sed mēsurari sicut esse in loco per se loquēdo nō dicit continē sed contineri: ea pprie sunt in aliquo sicut in nūo z ea pprie sunt in tpe ut tēpus est z ut nūs est que numerant a tempore. ipse ergo res tpales sunt in tpe tanq̄ in nūo z nō ipsa nunc. sed ipm nunc est in tēpore tanq̄ pu^m in pticipato uel tanq̄ terminus in terminato nō tanq̄ in nūo. cum enim tēpus numeret res tēporales z numeret per ipsa nūc tps magis est in ipsis nūc tanq̄ in nūo q̄ ecōuerso z res tpales sūt in tēpore tanq̄ in nūo nō ecōuerso. ultra q aūt habitudo competit tpi. cōparat eniȝ tēpus ad ipsa nunc per que numeratur z ad ipsas res numerabiles qs numerat. sȝ habitudo quā habet ad ipsa nunc est habitudo ad sua pora. alia habitudo est ad posteriora. ide est ut supra dicebat q magis diffiniat tps ut est nūs nūerat' q̄ ut est nūs numerās: qz diffinitio est dāda de re per cōparationē ad pora nō ad posteriora. lȝ eni tps intelligat claudi inter duo nūc qrū sȝ durationē vnū est pus reliquū posterius. fm tamē nrēȝ intelligētiā quodlibet illorum nunc pcedit ipsum tps. intellect' enim tpis presupponit intellectū utriusq nūc z habet diffiniri tēpus per illa nūc nos per res temporales. merito ergo diffinit ut est nūs numerat' non ut est nūs numerans. patet ergo q nō obstante q tēpus habet numerari per ipsa nūc z diffiniri per ea ipsa. tames nūc nō sunt in tpe tanq̄ in numero: qz esse in numero ex vi locutionis iportat numerationē passiue nō actiue: z esse in numero est numerari nō numerare. ipse ergo res tēporales pprie sunt in tpe tanq̄ in numero: qz numerant a tpe. ipsa vo nunc nō pprie sic sunt in tpe: qz nō proprie z per se numerantur a tempore sed magis numerāt ipsuȝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed h' qdē accidit: illō aūt necesse est cōsequi: z ei qd est in tpe eē qddaȝ tps: qn z illō est: z ei qd est in motu esse tūc motuȝ.

¶ Ostenso q proprie sunt in tpe tpalia que numerātur a tēpore ostendit z assignat diuersas habitudines qs habet tps ad tpalia. sunt aūt habitudines tres: ideo tria facit. qz pmo enim ostendit q tpalia per se depēdeant a tpe. scdo q ptinent ab eo. tertio qz patiunt ab ipso. scda ibi [quoniaȝ aūt est.] 3ª ibi [z patiuntur.] ptinuet sic. dictum est quedā esse in tēpore: quedā esse cū tpe. sed hoc qd supple est cū tpe accidit. i. habet accidētalem habitudinē ad tēpus: z tempus per accidēs cōsequit ipsuȝ. illō autem qd. s. est in tpe necesse est cōsequi tps z necesse est q habeat essentialē dependentiam ad ipsum ideo subdit q ei qd est. i. qd cōtingit esse in tēpore de necessitate cōsequit quoddā tempus quādo est illud: sicut z ei qd est in motu cōsequit tunc esse aliquem motū quādo est illud. ¶ Notandū aūt q sicut se habet motus ad ea que sūt in motu sic se habet tps ad ea que sunt in tpe. sed nihil est in motu nisi de necessitate cōsequat ipsuȝ aliqs mot'. ergo nihil est in tpe proprie loquendo nisi de necessitate cōsequat ipsum aliqd tps. vna igitur habitudo tēporalium ad tempus est q habent essentialem determinationem ad ipsum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̄ aūt est sicut est in numero: sic in tpe accipiet ad plus tps omni eo qd est in tpe Unde necesse est omnia que sūt in tpe cōtineri sub tempore: sicut alia queciunq in alio sunt: ut que sunt in loco sub loco.

¶ Ponit secūdam habitudinem tpalium ad tps que est q tpalia cōtinent a tēpore: vnde ait q aliqd est in tēpore sicut in numero accipietur aut tempus ad plus, i. tēpus maius omni eo qd est in tēpore sicut sup. accipit numerus maior omni eo qd est sub numero: vnde qz sic est: necesse est omnia que sunt in tēpore cōtineri sub tempore: sicut necesse est quecunq alia sunt in alio cōtineri sub illo alio in quo sunt: ut que sunt in loco ptinent sub loco: que in numero sub numero. ergo a simili que sunt in tpe continentur sub tempore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et pati iā aliqd sub tpe: sicut z cōsueuimus dicere: quia tabefacit tps: z senescit oia in tpe: z obliuiscit pter tps: sed non didicit neq nouū factū est: neq bonum. Corruptionis enim causa per se est tps. Numerus etenim mot' est. Mot' autē distare facit quod est.

¶ Ponit tertiā habitudinē tpaliuȝ ad tempus. videlicet q tpalia patiuntur a tpe. Circa qd duo facit: qz pmo ponit huiusmodi habitudines. scdo ex his que dixerat cōcludit q que sunt semp nō sunt in tēpore: qz nec continent a tēpore nec patiunt ab ipso ibi [quare manifestuȝ est.] Dicit ergo q que sunt sub tempore oportet iam pati aliqd ab ipso tēpore sicut cōsueuimus dicere q tps tabefacit idest putrefacit z corrūpit z senescūt omnia sub tēpore z obliuiscit aliqs propter nūc: sed non didicit pter ipsum neq nouū neq bonū factū est in tēpore. tēpus enim per se est causa corruptionis nō generationis. q ideo cōtingit: qz tēpus est numerus motus. mot' autē per se facit distare rem ab eo quod est z a sua natura. ergo mot' per se facit ad corruptionem. per accidēs autem ad generationē. si ergo sic est in motu erit hoc z in tēpore quod est numerus mot'. que ergo sunt in tpe per se patiunt z corrumpunt: sed qd in tempore fiat nouū uel bonum uel generatio hoc est per accidēs: qd quomodo sit hoc infra circa finem huius quarti declarabitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare manifestū est: qm̄ que semp sunt fm q semp sunt: non sunt in tēpore. Neq enim cōtinent sub tpe: neq mensuratur esse eorum sub tempore. Signū autē huiusmodi quoniam neq patiuntur nihil a tempore tanq̄ non entia in tpe.

¶ Cōcludit ex dictis q que sunt fȝ q huiusmodi nō sūt in tempore: vn̄ ait q manifestū est quoniā que sunt semper fm q semper sunt nō sunt in tempore qz neq cōtinent sub tpe neq esse eoȝ mensura ur

sub tpe. Signum aũt huiusmodi est ꝙ non sunt in tpe. qm̃ neq̃ nihil patiuntur a tempore tanq̃ non sunt entia. i. nõ sunt exñtia sine nõ existunt in tpe.

Lectio. XXV.

Q Voniam autem est tempus mẽsuratio motus: erat ⁊ quiens metrũ ſm accidens. Omnis enim quies in tempore est.

¶ Postq̃ phs oñdit quõ mẽsurant tpe tam motus q̃ mobilia. In parte ista ostendit quõ qes mẽsurat tpe. Circa qõ duo facit. q2 pmo oñdit ꝙ tps mẽsurat quietẽ per accidẽs inq̃tum mensurat motũ. 2° ex his que dixerat oñdit quõ tps hẽt mẽsurare qescẽs ⁊ mobile ⁊ ẽt qetẽ ⁊ motũ ibi. mẽsurabit aũt tps. Circa pmũ duo facit. q2 pmo pponit qõ intẽdit. scd'o declarat ppositũ ibi. nõ enim sicut. Dicit ergo ꝙ qm̃ tps est mẽsuratio mot9 erit metrũ. i. mẽsura qes ſm accñs. ois enim qes est in tpe cũ ⁊ tuor9 sit in tpe. ¶ Dubitaret forte aliqs: vñ sequit h' pñtia ꝙ si tẽpus est mẽsura mot9 ꝙ sit mẽsura qetis per accñs. Dicẽdũ ꝙ qes ut hic de qete loquimur est puatio mot9. puatio autem est apta nata cognosci per habitũ. aã puatio nõ cognoscit per spẽm ppriã cũ ſm ꝙ h9 sit nõ ens ut oñdebat in p hui9: qt ergo puatio nõ cognoscit per spẽm ppriã ⁊ per se sed cognoscit per suũ oppositũ ut p habitũ est ⁊ q̃si per accñs eni mẽsura sit id per qõ mẽsuram9 ⁊ cognoscim9 sicut puatio hẽt cognosci per habitũ ⁊ q̃si per accidẽs sic hẽt mẽsurari per mẽsurã sui habit9 ⁊ q̃si per accidẽs: pp̃ter qõ si quies est puatio mot9: ⁊ mot9 se habet q̃si habit9 respectu qetis sequitur ꝙ tps qõ est mẽsura mot9 per se sit mẽsura qetis q̃si per accidens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nõ enim sicut qõ in motu est necesse moueri: sic ⁊ quod in tẽpore est. Non enim mot9 tps est: sed numerus mot9. In numero autem mot9 cõtingit eẽ ⁊ qescens. Non enim omne imobile quiescit: sed puatum motu: aptum aũt natũ moueri: sicut dictũ est in prioribus. Esse aũt in numero: est esse quẽdã numerum rei ⁊ mẽsurari esse ipsius numero in quo est. Quare si in tempore: ⁊ sub tempore est.

¶ Manifestat qõ dixerat dicens ꝙ non opz ꝙ sicut qõ est in motu necesse est moueri. sic quod est in tẽpore necesse sit moueri. tempus enim non est motus. s. nũs mot9. in numero aũt mot9 ptingit eẽ non solũ qõ mouet: sed ẽt qescẽs inq̃tum est aptũ moueri. Nã nõ omne mobile qescit sed solũ qescit qõ est puatũ motu ⁊ est aptũ natũ moueri sicut dictũ est in prioribus. i. in 3° hui9. Si g̃ qescẽs inq̃tũ est puatũ motu ⁊ est aptũ natũ moueri: q2 rẽ aliquã eẽ in nũo idẽ est qõ esse quẽdã nũm illi9 rei ⁊ qõ eẽ ipsi9 rei mẽsurari nũo in quo est: q̃re si qes est in tpe ⁊ in nũero mot9 opz ꝙ ẽt sit sub tpe ⁊ ꝙ mensuret numero mot9. ¶ Notãdũ aũt vim rõnis hui9 in hoc psistẽ ꝙ qes mẽsurat tpe ⁊ mẽsurat nũero mot9 ⁊ nõ alia mẽsura mẽsurat puatio q̃ sui habit9. ¶ Dubitaret forte aliqs vñ est ꝙ id qõ est in motu necesse est moueri. qõ aũt est in tpe nõ necesse ẽ moueri. cũ enim tps nõ separet a motu vr̃ ꝙ sic qõ est in motu necesse est moueri: sic qõ est in tpe necesse sit moueri. Dicẽdũ ꝙ nihil est in motu nisi mot9 sit in eo tanq̃ in subo. mot9 enim in mot9 est dicit actũ quẽdã est enim mot9 act9 mobilis. sicut g̃ nihil est in actu nisi sit id in q̃ existit act9: sic nihil est in motu nisi sit id in q̃ existit mot9. qõ aũt in aliq̃ sit motus: ⁊ in illõ nõ moueat est impossibile: sicut nec eẽ põt ꝙ in aliq̃ sit albedo ⁊ tñ illud nõ sit albũ. nõ tñ sic est de tpe. non enim est esse in tpe esse illõ in q̃ est tps: q2 si hõ esset cũ tps de necessitate fundet in motu nihil eẽt in tẽpore in q̃ nõ eẽt mot9 ⁊ qõ nõ moueret. sunt enim in tpe in qbus nõ est tps. Nã ois hec tpalia sunt in tẽpore. nõ aũt tps est in istis tpalibus. sed est solũ in motu primi mobilis: q2 g̃ mot9 ſm id qõ est dicit quẽdã actũ: ⁊ eẽ in actu est eẽ illõ in q̃ est act9: opz ꝙ qcqd est in motu ꝙ moueat ⁊ ꝙ in eo sit mot9. tps vo q2 dicit quẽdã numeꝝ ⁊ esse numero nõ est eẽ id in quo est numer9: sed est numerari ⁊ mensurari in numero. ideo qõ est in tpe non oportet ꝙ in eo sit tps sicut in subiecto nec ꝙ in eo sit mot9: sed sufficit ꝙ sit qd tpale ⁊ ꝙ sit aptũ natum moueri ⁊ ꝙ mensuret tẽpore ad hoc ꝙ dicat esse in tpe. patet ergo ꝙ nõ eandẽ habitudinẽ oportet esse in tpe ⁊ esse in motu: ⁊ patet etiã ꝙ in tpe mensurant nõ solum que mouent sed que sunt puata motu ⁊ sunt apta nata moueri. mẽsurat ergo tps nõ solũ motũ: sed ẽt qetẽ que est puatio mot9. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Mẽsurabit aũt tps: quod mouebit ⁊ qescens: ſm ꝙ hoc quidẽ motũ: illud aũt qescens. Motũ enim ipsoꝝ ⁊ quietẽ mensurabit: ſm ꝙ quãta quedam. Quare quod mouet: nõ simpliciter erit mẽsurabile sub tempore: ſm ꝙ quãtũ aliquid est: sed ſm ꝙ mot9 ipsius quãtus. Quare quecunq̃ neq̃ mouent: neq̃ qescũt nõ sũt in tpe. In tpe enim esse est mẽsurari tpe. Tps aũt motus ⁊ quietis mẽsuratio est.

¶ Ostendit quõ tps habet mẽsurare quiescẽs ⁊ mobile ⁊ etiã quietẽ ⁊ motũ dicens ꝙ mẽsurabit tps qõ mouet. i. mobile ⁊ quiescẽs ſm ꝙ hoc quidẽ. s. mobile est motũ: illud aũt est qescẽs. motũ enim ⁊ quietẽ ipsoꝝ mensurabit prout sunt quãta quedam est ergo hic ordo ꝙ tps mensurabit mobile prout in eo reperitur mot9. mẽsurat aũt ipm motũ prout in motu reperitur rõ quãtitatis. sic etiã tẽpus mẽsurat qescens: prout in eo reperitur quies. mẽsurat aũt ipam quietẽ prout in ea reperitur ipsa ratio quãtitatis: q̃re qõ mouet uel etiã qõ quiescit nõ simpl'r erit mẽsurabile sub tpe ſm ꝙ ipm in se est aliqd quãtũ: sed ſm ꝙ quies eius uel ſʒ ꝙ mot9 ipsi9 est quãt9: q̃re quecunq̃ neq̃ mouent neq̃ qescũt nõ sũt in tpe. in tpe enim esse est mẽsurari tpe. tẽpus enim est mẽsuratio mot9 per se ⁊ quietis per accidẽs: qõ ergo nõ mouetur nec quiescit ſm ꝙ h9 est nec mẽsurat tpe per se nec per accidẽs. ¶ Dubitaret forte aliqs utrum mobile uel quiescẽs ſm ꝙ est aliqd quãtum mẽsuret tẽpore. Dicẽdum ꝙ ipsum mobile est qd q̃tũ ⁊ ipse mot9 est quãtus sumpta quãtitas ipsius mobilis uel ipsius qescẽtis est de gñe pmanentiũ. Sed quãtitas ipsius est de gñe successiuoꝝ. Si enim aliqõ mobile mouet per aliqõ spatiũ sicut in toto motu manet idẽ mobile ſm rem sic manet eadẽ quãti-

tas mobiliũ ſm rem. per motũ enim ad ubi per ſe lo
quendo nõ tollitur ſubſtãtia rei nec etiaʒ eius quã
titas. quãtitas aũt motus eſt de genere ſucceſſiuo
rum: q2 partes motus ſibi ſuccedũt adinuicẽ ⁊ ſem
per eſt alia poſt aliã. Si ergo mẽſura debet eẽ ual
gens mẽſurato: q2 nunc manet idem ſm rem in to
to tempore. partes aũt tẽporis ſibi ſuccedũt adin
uicẽ quicquid in iſtis motib⁹ manet idẽ in toto mo
tu menſurabitur nunc tp̃is. que ſunt aũt de genere
ſucceſſiuoꝝ mẽſurabuntur tp̃e. motus ergo ⁊ quã
titas ipſius menſurabit̃ tẽpore. mobile aũt ⁊ quã
titas ei⁹ mẽſurabit̃ nũc temporis. bene ergo dictuʒ
eſt ꝙ mobile ſm ꝙ ipm eſt aliqd quãtũ ⁊ ſm q̃ti
tatem ꝓpriã nõ mẽſurabit̃ tẽpore ſed nũc tẽporis:
ſed prout in eo reperit̃ motus q̃tus: q2 quantitati
ipſius motus cõpetit mẽſurari tp̃e: mobile non ra
tione ſui nec ratione quãtitatiſ ſue ſed ratione quã
titatis motus dicitur tp̃e menſurari. ❡ Ulterius
forte dubitaret aliqs utrũ mobile ſm ſuuʒ eſſe tem
pore mẽſuretur. Dicendũ ꝙ mobile dupliciter põt
conſiderari ſm ꝙ eſt ſubſtãtia quedã uel ſm ꝙ eſt
quid mobile. ſi cõſideret̃ ut eſt ſubſtãtia quedã ſic
eſſe eius manet idẽ q̃diu manet mobile. q̃cqd aũt
manet idem q̃diu manet mobile nõ põt menſura
ri tẽpore: q2 enim ut pluries dictũ eſt mẽſura debet
eſſe ...gena mẽſurato cũ tẽpus poſterius ſit aliud
realiter a tẽpore priori quicquid ꝓprie ⁊ per ſe lo
quẽdo mẽſuratur tẽpore. oportet ꝙ illud ut habet
eẽ in tempore poſteriori ſit aliud realiter ab eo qδ
habet eſſe in tẽpore priori: ꝓpter qδ ſi eſſe mobiliſ
ſm ꝙ eſt ſubſtãtia quedã mẽſurat̃ tẽpore opor
teret ꝙ eſſe ſubſtãtiale eius in tempore poſteriori
eſſet aliδ realiter ab eſſe ſubſtãtiali ipſiuſ in tempo
re priori. ⁊ quia amoto eſſe ſubſtãtiali rei non ma
net res ſi non maneret idem rem ſubale ipſius mo
bilis in toto motu nõ maneret ideʒ mobile in toto
motu qδ eſt incõueniens. eſſe ergo ipſius mobilis
ut eſt ſubſtãtia quedã nõ menſurat̃ tẽpore. Sed ſi
cõſideret̃ eſſe eius nõ ut eſt ſubſtãtia quedã ſed ut
eſt quid mobile ſic ſm tale eſſe mẽſurat̃ tp̃e. Nam
cum motus ⁊ eſſe ei⁹ ſit aliquid ſucceſſiuum ⁊ eſſe
unius partis mot⁹ ſit aliud ab eſſe alteri⁹ partiſ mo
tus ſicut in una pars mot⁹ eſt alia ab altera p̃te mo
tus oportet ꝙ mobile nõ ſm ſe nec ſm ſuũ eſſe ſub
ſtãtiale ſed ſm qδ in eo reperitur motus ⁊ ſm ꝙ ha
bet eẽ tale q̃le eſt eſſe in motu qδ tẽpore mẽſurare
tur. hoc eſt ergo qδ phs ſuperius dixerat ꝙ q2 eẽ
motus eſt menſurari tp̃e manifeſtũ eſt ꝙ alia id eſt
mobilia tẽpore menſurãtur ſ3 eſſe quod habet ſub
tempore: uel ſ3 eſſe quod hẽt in motu. ❡ Ulterius
forte dubitaret aliqs ſi mobilia nõ menſurant̃ tp̃e
ſm ſuũ eſſe ſubale ſed ſ3 ipm moueri ⁊ ſm eẽ ipſi⁹
motus utrũ eſſe ſubſtãtiale mobiliũ cuʒ nõ menſu
retur tp̃e mẽſuret̃ aliqua mẽſura ſup̃ tp̃s. Dicendũ
ꝙ mẽſura ſup̃ tempus non eſt niſi eternitas. Sed
eternitas duplex eſt. quedam ſimpl'r ⁊ hac eterni
tate menſurat̃ ſola prima cauſa. Nã cũ eſſe eternũ
ſit idem qδ eẽ extra terminos ſolus deus mẽſurat̃
eternitate ſimpl'r: q2 ipſe ſolus eſt infinit⁹ ſimpl'r ⁊
extra terminos. alia ũo ut intelligẽtie mẽſurantur
eternitate non ſimpl'r ſed participata quocũq3 mo
do accipiat̃ eternitas ſemp nunc fluẽs facit tẽpuſ.
nunc ũo ſtãs facit eternitateʒ ſumptam. nũc ſtans
ſimpl'r facit eternitatẽ ſimpliciter. nũc ũo ſtans ex
quadã participatione immobilitatis prime: ſiue nũc
ſtans ex participatione p̃me cauſe nõ facit eterni
tatẽ ſimpl'r ſed participatã. eſt ergo ideʒ nũc cuiuſ
cunq3 eternitatis in tota eternitate. ⁊ idem nunc tẽ
poris in toto tẽpore. aliter tamẽ ⁊ aliter. q2 cũ nũc
tẽporis ſit ſemp fluens. ſic eſt idem in toto tẽpore:
q2 ſemp eſt cõiunctum tranſmutationi ⁊ motui. ſed
nũc eternitatis: q2 non eſt ſic fluens. ſic eſt idem in
tota eternitate qδ per ſe loquẽdo nõ ſic cõiungitur
tranſmutationi ⁊ motui ut nũc tp̃is. Si ergo tem
pus habet eſſe qualem habitudinẽ ad motum ⁊ nõ
eternitas quicqd habet eſſe mobiliter menſurabit̃
tempore uel nũc temporis. quicqd autẽ habet eſſe
enter uel exiſtẽter mẽſurabit̃ eternitate: uerũ quia
inter entia enter eſt gradus: q2 deus eſt ſupra intelli
gẽtiam ⁊ intelligẽtia ſupra animã ſi accipiam⁹ eter
nitatem participatã que eſt ꝓprie mẽſura intelligẽ
tie ſic deus eſt ante eternitatẽ intelligẽtia participatur
eternitati ⁊ eſt in eternitate. aĩa ũo participat eter
nitatẽ ⁊ attigit ipſaʒ. hoc eſt ergo qδ ait Proculus
87ª ꝓpoſitione libri ſui. ꝙ omne enter ens aut eſt
ante eternitatẽ aut eſt in eternitate aut participãs
eternitate. ⁊ in 2ª propoſitione de cauſis ſcribit̃ om
ne eſſe ſuperiuſ. i. omne eſſe excellẽs ſiue eſſe enter
aut eſt ſuperius eternitate ⁊ ante ipſaʒ. aut eſt cum
eternitate aut eſt poſt eternitatẽ. i. attingẽs eterni
tatẽ ⁊ ſupra tẽpus. ⁊ ut patet in cõmẽto in primo
gradu eſt deus. in ſcδo eſt intelligẽtia. in tertio eſt
anima: q̃re ſi nihil eſt ſup̃ tempus niſi qδ habet eẽ
enter: q2 nihil eſt in mobilib⁹ qδ habeat eẽ enter ſi
ue exiſtẽter: ſed totũ qδ eſt in eis habet eſſe mobi
liter: patet ꝙ nihil eſt in eis ſm ꝙ huiuſmodi ſunt
qδ mẽſuret̃ eternitate uel qδ mẽſuret̃ aliqua men
ſura ſup̃ tempus. ...mo ipſa anima intellectiua que ſ3
ſuam ſubſtãtiam aliq̃ modo attingit eternitatẽ. tñ
ut eſt in corpore ⁊ ut eſt act⁹ corporis habet aliquã
habitudinem ad tempus: q2 nõ eſt actus corporis
ſemp ſed ſeparatur a corpore ⁊ deſinit eſſe act⁹ eius.
Cum igit̃ queritur utrũ eſſe ſubſtãtiale iſtoꝝ mobili
um mẽſuretur aliqua mẽſura ſup̃ tempus. patet ꝙ
cũ tale eſſe nõ habeat eſſe enter ſed habeat eſſe mo
biliter nõ mẽſuratur menſura aliqua que ſit ſupra
tẽpus nec mẽſurat̃ tẽpore: ut ſupra oñdebat̃. relin
quit̃ ergo ꝙ mẽſuretur nũc tẽporis. his uiſis ſatis
apparet que iſtorũ inferiorum mẽſurant̃ tẽpore ⁊
que nunc tp̃is. Nam ipſa ſubſtãtia mobilis ⁊ eſſe
ſubſtãtiale eius ⁊ quãtitas ipſius: ⁊ omnia accidẽ
tia quoꝝ eſſe nõ eſt in fieri ſed ſunt de genere pma
nẽtium menſurant̃ nunc tẽporis. talia enim licʒ non
ſint de genere ſucceſſiuorũ: ſunt tamen coniuncta
ſucceſſioni ⁊ motui. ideo menſurant̃ nunc tẽporis
qδ eſt ſemp coniunctum ſucceſſioni ⁊ motui. ipſum
tamẽ ſm rem nõ eſt quid ſucceſſiuũ ſed manet idẽ
in toto tp̃e. ea ũo que ſunt de gñe ſucceſſiuorum ut
mot⁹ ⁊ eẽ eius ⁊ quãtitas ipſius non mẽſurantur
nũc tp̃is ſed tẽpore. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Manifeſtum igitur quoniaʒ neq3 quod
nõ eſt omne in tp̃e erit: ut quecũq3 nõ cõ
tingit aliter: ſicut diametron: lateri ſime
tron. Omnino enim ſi menſura eſt tem
pus motus per ſe: alioꝝ aũt ſm accidẽs:
manifeſtum eſt ꝙ quoruʒ eſſe menſurat:
his oib⁹ merit eſſe in moueri ⁊ quieſcere.

❡ Oſtendit quδ nõ entia mẽſurant̃ tẽpore. uult enĩ

q que sic sunt nõ entia que nunq̃ sunt nec esse pos sunt nõ dicunt tẽpore mẽsurari. Circa qđ duo facit: ꝑm q duplr ꝓbat intẽtum. 2° ibi [Quecunq̃ quidẽ.] Dicit ergo q manifestũ est qm̃ nõ oẽ qđ nõ erit in tpe ut quecunq̃ non cõtingit aľr se habẽ .i. illa que sic sũt nõ entia q sũt impossibilia ⁊ q nõ possunt aliter se habere sicut est diametrũ esse simetrũ .i. eẽ cõmẽsurabile lateri. talia aũt nõ mẽsurant tpe. omnino enim si tps est mẽsura mot⁹ per se. aliorũ autẽ ut quietis est mẽsura per accidẽs si ita est manifestũ est q quorũ esse mẽsurat tps oibus his erit esse in moueri .i. esse in motu ⁊ quiescere. sed tunc est supplẽda ratio q quia nõ entia impossibilia nec mouẽtur: nec quiescũt nõ compentit eis tempore mẽsurari. ℭDeinde cum dicit.

ℭQuecũq̃ quidem igitur generabilia ⁊ corruptibilia sũt: ⁊ oino que aliqñ quidez sunt: aliqñ aũt nõ sunt: necesse est in tempore esse. Est enĩ quoddã tempus plus: quod excellit esse ipsorum: ⁊ mẽsurat substantiam. Ipsorũ aũt que nõ sunt: quecũq̃ cõtinet tempus. Alia quidẽ erãt: ut homerus aliquando erat. Alia ṽo erunt: ut futurorũ aliquod ⁊ tempus utraq̃ continet. Et si ad ambo utraq̃: ⁊ erãt ⁊ erũt. Quorũ aũt non continet: neq̃ erit: neq̃ est: neq̃ erat. Sunt autẽ huiusmodi eorũ que non sunt: quorũcũq̃ opposita sempẽ sunt: ut asimetron esse diametrõ semper est: ⁊ non erit hoc in tempore. ergo neq̃ simetron. Unde sempẽ nõ est. qr ꝯriuz est ei qđ sempẽ est. Quorũcũq̃ aũt nõ sempẽ est ꝯrium. Hec aũt ⁊ possunt esse ⁊ non esse: ⁊ est generatio ⁊ corruptio ipsorum.

ℭAdducit secũdã rationẽ dicẽs q quecunq̃ quidẽ igiť sunt gñabilia ⁊ corruptibilia ⁊ oino .i. sr aliter que aliquãdo quidẽ sunt aliquãdo non sunt necesse est talia esse in tpe. est enim quoddã tps plus latius qđ excellit esse ipsorũ ⁊ mẽsurat subam eorũ nõ ꝑm se sed ut habet esse in motu. ipsorũ autez que non sunt .i. nõ entiũ quecũq̃ cõtinent tps. alia quidem erant ut cõtinebant a tempore ꝓterito: aliqñ quidẽ erunt ut futurorũ aliqđ tempus ad quecũq̃ cõparatur cõtinet ea dicunt illa esse in illo tempore: ⁊ si ambo utraq̃ tpa ut preteritũ ⁊ futurũ continẽt aliqua illa erant ⁊ erunt. est ergo hec vniuersalis ꝓpositio q quicquid mẽsurat tpe siue sit ens siue non ens oportet q contineatur a tpe: uel ergo cõtinetur a tpe ꝓterito ut id qđ fuit: uel a futuro ut id qđ erit: uel ab utroq̃ ut id qđ partim fuit ⁊ partim erit: illud ergo de numero quorũ nõ cõtinet neq̃ erit .i. tps futurũ neq̃ est idest presens neq̃ erat idest ꝓteritũ talia .s. nõ sunt in tpe. sunt enim h⁹ᵐ de nũo eorum que nõ sunt idest de numero nõ entiuz quorũcunq̃ nõ entiuz appositum sempẽ sunt: illa ergo nõ entia ipossibilia que nõ possunt esse ⁊ sua oppositio que necesse est sempẽ eẽ tẽpore mẽsurari nõ possunt ut diametron esse asimetron .i. incõmensurabile semper est ⁊ est necessariũ ⁊ nõ erit hoc in tẽpore. ergo neq̃ suum oppositũ ut diametron esse simetron. tale enim nõ mensurabiť tpe. Naz sempẽ nõ est: qr contrariũ est ei qđ sempẽ est. quorũcunq̃ enim cõtrariũ nõ sempẽ est h̃ possunt esse ⁊ nõ esse ⁊ est generatio ⁊ corruptio ipsorũ. talia possunt tempore mẽsurari. ergo non mẽsurantur nec ea que sunt nec que semper non sunt. Sed que aliquando sunt aliquando aũt nõ sunt. Lectio. XXVI.

Ipsum autem nũc est continuatio temporis: ut dictum est prius. Cõtinuat enim tempus preteritũ ⁊ futurum: ⁊ omnino terminus temporis est. Est enim huius quidem principium: illius autez finis. Sed hoc non sicut ⁊ linea in puncto manente manifestũ: diuidit autem potentia. Et inquantũ quidez huiusmodi est: semper alterum est ipsuz nunc. Inq̃tum autem copulat: sempẽ idez est.

ℭPostq̃ phs determinauit de tpe per comparationẽ ad mẽsurata. in parte ista determinat de eo per cõparationẽ ad ipm̃ nũc. Circa qđ duo facit: qr ꝑ determinat de ipso nũc qdem qđ est cõtinuatiuuz ⁊ diuisiuum tpis. 2° determinat de quibusdã aliis dictionib⁹ significãtibus quasdã intẽtiones existẽs in tpe ibi [Ipm aũt nunc.] Circa ꝑmum duo facit: qr ꝑmo determinat de nũc sumpto ꝓprie ꝓut dicit quid indiuisibile. 2° determinat de eo ꝓut sumiť large ut ꝓut dicit aliqđ tps modicuz ꝓpinquum ipi presenti ibi [Aliud aũt eti tempus.] Circa ꝑmũ duo facit: qr ꝑmo ꝓponit qđ intẽdit. 2° qđ dixerat manifestat per sil'e ibi [Sicut ⁊ in mathematicis.] Dicit ergo q ipm nũc est cõtinuatio tẽporis ut dictũ est ꝑus. ꝯtinuat enĩ tps ꝓteritũ ⁊ futurũ ⁊ oino ipz nũc est terminus diuisiuus tpis: qr est h⁹ᵐ .s. futuri qdẽ ꝑncipiuz. illius aũt .s. ꝓteriti est finis: ipm ergo nũc nõ soluz ꝯtinuat tps inq̃tuz est vnũ ⁊ idẽ ꝑm rem: sed ẽt diuidit ipz ꝓut differt ꝑz rõnem ut ꝓut est vnius quidẽ pᵃᵐ. alteri⁹ aũt finis ꝑm q h̃ ꝯuenit ipsi nũc non sic manifestum est in nũc sicut in pũcto manẽte: qr enĩ pũctus manet põt meli⁹ accipi ut finis ⁊ pn̄ᵐ linee q̃ ipm nũc qđ fluit. Addit aũt q nũc aliter ⁊ aliter sũptũ ꝯtinuat ⁊ diuidit tps. nã ipm nũc existẽs qđ in potẽtia diuidit tps. Sed ipm nũc est qdẽ h⁹ᵐ .i. est diuisiuũ tpis inquãtũ est sempẽ alterũ sed copulat ⁊ continuat ipm inq̃tum est sempẽ idem. ℭDeinde cum dicit.

ℭSicut ⁊ in mathematicis lineis. Nõ enĩ sempẽ idem pũctũ intellectu est. Diuidentium enim sempẽ aliud est. Scdm̃ autẽ q copulat: vnum idẽq̃ penit⁹ est: sic ⁊ ipsuz nunc. Aliud quidẽ tẽporis diuisio ꝑm potentiam est. Aliud autẽ terminus utrorũq̃ ⁊ vnitio. Est aũt idem ⁊ ꝑm idem diuisio ⁊ vnitio: esse autez non idem est. Hoc quidem igitur sic dicitur ipsorum nunc.

ℭManifestat qđ dixerat per simile dicẽs q sicut in lineis mathematicis .i. in lineis in se consideratis punctũ nõ sempẽ est idem intellectu .i. ꝑz intellectũ ⁊ ꝑm rationẽ prout est diuisiuuz ⁊ ꝯtinuatiuum linee. Nã pũctum ꝓut est diuidentiũ .i. prout est de nũo diuidentium sicut prout diuidit lineã semper

aliud sed fm q copulat lineam est vnum & idē
tus: & sicut ipse pūctus accipit aliter & aliter
est cōtinuatiuus & ut est diuisiuus: sic & ipz nūc
babet esse fm potētiam. aliō gdē .i. fm aliō est
uisio tpis. aliō aūt .i. fm aliō est terminus & vni
.i. copulatio utriusq; tempoz. est ergo idē .i. ad
em nunc & fm idem nūc diuisio & vnitio tpis. et
nō est idē. nam lz idem nūc fm rem habeat pti
are & diuidere. tamē ut cōpetit ei hoc & illō est
ud fm rōnem & fm esse diffinitiuū. Subdit aūt
ipsoz nūc idest ipsorum modoz accipiēdi nūc b
dem igit vno mō dicit nunc sic prout est gd indi
sibile & est continuatiuū & diuisiuū tpis. ¶ Du
taret forte aliqs utrum nūc put est gd in potētia
uidat tps: videt q nō: q2 sile est de nūc respectu
is & de pūcto respectu linee. sed punct9 in poten
cōtinuat lineam: sed put est in actu diuidit ipz
go a simili nunc in potētia cōtinuat tps: nunc in
tu diuidit ipm. nō ergo bene dictum est qō in lit
ra dicit q nunc in potētia diuidit tps. Dicendū
cum mot9 sit actus entis in potētia fm q huius
odi gegd itelligit esse in fluxu & in motu inq̄tūz
tale intelligitur esse gd in potētia. cū ergo nūc
is semp itelligat esse fluēs semp intelligit esse in
otētia: lz igit pūctus possit accipi ut est in actu: q2
gd stās. nūc aūt siue accipiat ut est gd cōtinua
uū tpis siue ut est diuisiuū semp itelligit eē gd
potentia: q2 semp nolat gd fluens. pbs ergo assi
nās dr̄iam iter punctū & nūc: q2 magis est mani
stū in puncto q possit accipi ut pn̄m & ut finis: q2
d manens q̄ sit b manifestū in nūc: qō est gd flu
ns. ad declarationem huius d̄rīans subdit q nūc
b est in potētia diuidit tps. Naz ideo non pōt ita
cipi ipm nunc ut pncipiū & ut finis sicut pūctus:
er b9 nunc ut est diuisiuum tpis non itelligit ut
anēs nec in actu sed ut fluēs & ut in potētia. vna
go causa quare nūc dicit esse gd in potētia sumit
eo q dicit gd fluēs. scda causa ad hoc assignari
ossetq: q2 ad esse ipsius nūc aliquo modo facit aīa.
ed de hoc aliqd infra dicet. ¶ Ulterius forte du
taret aliqs: utrū ipm nunc sit cōtinuatiuū tpis. vi
etur q nō. dicebat enim supra q tps de se nō est
uid cōtinuuz sed magis haber rationem nūi. Si
ūt est quid cōtinuuz hoc est rōne mot9 in quo fun
at. Si ergo nunc est cōtinuatiuum tpis: tunc tps
e se esset gd continuum: q2 per suum indiuisibile
ōtinuaret. sicut linea de se est gd cōtinuū: q2 cōti
uat per id qō est indiuisibile in ipsa ut per pūctū.
icendum q nō obstāte q nunc est aliquo modo
tinuatiuum tpis possumus dupliter via declarare
tempus de se est nūs & cōtinuitatez quā habet:
abet a motu. pma via sic patet. tēpus enim ut in
a dicet in re extra haber esse male & potētiale. cō
lementum aūt habet ab anima: q2 ergo anima nō
pprebēdat nec numerat tēpus in eodem nūc cuz
ōm nunc nō continet tēpus nisi ut est vnū & idem
equit q tempus ut est apprebēsam ab aīa babeat
ationē numeri: q2 semper apprebēdit esse iter plu
a nunc per que numerat ab anima tanq; per pua
posterius. Si aūt cōtinuat tempus per nūc hoc
agis fz esse qō babet in re extra q̄ fz b qō appre
endit ab anima. nā in re extra est idem nūc qō cō
inuat tempus & est pncipiū vnius & finis alterius.
aīma tamē ppter fluxibilitatez ipsius nūc nō pōt
ccipere vnū & idem nūc tanq; pncipiū & finez: nec

in eodem nunc apprebendit tps: sed semp apprebē
dit ipm inter plura nūc fz quē modū tps habet ma
gis rationem numeri q̄ cōtinui. Si igitur tps fm
esse qō habet in re extra est quid cōtinuuz ut est ap
prebēsum ab anima habet ratione numeri: q2 in re
extra est idem māliter cum motu: ut est apprebēn
sus ab anima differt formaliter ab ipso: sequit q
tempus ut tpā est & fm formalē suā acceptionē sit
nus. fm autē q babet esse in re extra & ut est idem
māliter cum motu sic est quid cōtinuū. Nō obstāte
ergo q instans est cōtinuatiuum tpis tēpus de se
nō est gd cōtinuū sed cōtinuitatē babet a motu: q2
ipsum nunc siue ipm instās nō dat cōtinuitatē tpi
fm suuz esse formale & ut est apprebēsuz ab aīa: sed
dat ei cōtinuitatē fm suuz esse māle & ut est idē cū
motu. Scda via ad inuestigādūz b idez est: q2 nūc
nō est cōtinuatiuuz tpis: nisi inq̄tum est idez in to
to tempore: sed q sit idez nunc in toto tpe hoc non
habet a se sed hoc cōpetit ei prout est idez māliter
cuz substantia rei: cū igit mobile fm q b9 habeat
habitudinem a motu nec habeat habitudinem ad
tps nisi mediante motu: sed continuitas tpis re
ducēda est in ipsum mobile. sic reducet in ipsuz ut
habet habitudinem ad illud: sed habet b9 habitu
dinem mediāte motu. ergo habet cōtinuitatē a mo
tu. erit igit hic ordo: q tps habebit cōtinuitatem a
motu & motus a magnitudine. modus ergo conti
nuitatis quem dat nunc tempori nō tollit quin tē
pus habeat cōtinuitatē a motu. ¶ Ulterius forte
dubitaret aliqs: q2 cū nunc contineat tps & diuidat
ipm inq̄tū est terminus eius. utrū huius termin9
possit esse idez in diuersis tpib9. videt eni spālē dif
ficultatē habē q si nūc est termin9 tpis q in diuer
sis tpibus possit esse idem nūc nec idē terminus: si
cut in diuersis partib9 linee oino distātib9 idem pū
ctus esse nō pōt. Dicendū q nō est simile de termi
no quiescenti & fluēti. idē enim terminus quiescēs
in diuersis partib9 oino distantib9 esse nō pōt. pun
ctus eni si intelligat quiescēs nō erit idez punctus
in pncipio linee & in fine: q2 si hoc esset tunc vnum
& idez essent simul in diuersis. sed si itelligat pūct9
fluens & fm suū fluxū faceret lineam. tūc ille idez
punct9 qui pmo fuit in pncipio linee postea erit in
fine & erit successiue in diuersis partib9 linee: q̄tū
cunq; partes ponant distātes esse. cū igitur nunc
nō habeat rationem termini quiescetis sed fluen
tis nō est inconueniēs idem nūc fm rem esse in di
uersis partib9 tpis & terminare vnum & idem ipa
ex diuersis partibus. ex hoc aūt solui habent ratio
nes supius facte de nūc. videlicet q nō est idē nūc
in toto tpe: q2 tūc oīa essent in eodē nūc: & ulterius
vnū & idē nunc terminaret aliqō tps ex utraq; par
te. patet eni q oīa possunt esse in eodē nūc realiter
sicut vnū & idē mobile realiter per suū motū bēt
esse in oībus partib9 spatij. nō tn̄ oīa sunt in eodem
nūc fm rōnem: sicut nec est idem mobile fm rōnez
prout bēt esse in diuersis partib9 spatij. sic etiā vnū
& idem nunc fm rem successiue pōt terminare ali
quod tempus ab utraq; parte: sicut vnū & idē mo
bile per suum motū terminat aliqō spatiū ex utra
q; parte q: prius existens in pncipio alicuius spa
tij per motum ipsius sit postea in fine illius spatij.
¶ Ulterius forte dubitaret aliqs cū nūc cōparet
ad tps sicut mobile ad motū & cum si accipiatur
tempus finitum ut terminet ipsum ex utraq; parte

ſicut ſi accipiat motus ſiuſ mobile terminet ipm ex vtraq; parte: vtrū ex hoc poſſumus ↄcedere q motus aliq̄s claudat inter duo mobilia: ſicut ↄcedimus q tēpus aliqđ claudat inter duo nūc. videtur enim oīno ſimile eſſe de hoc ⁊ de illo. Nā ſicut eſt idem mobile in toto motu ſm rem differēs ſm rōnē: ſic vt ſup̄ᵃ dicebat eſt idē nūc ſm rem in toto tpe differēs ſm rōnē. Si ergo ꝓpter diūam rationis ↄcedimus eſſe plura nūc in vno ⁊ eodē tpe videt oīno ↄcedēdum eſſe q ſint plura mobilia in vno ⁊ eodē motu. ⁊ videt eſſe dicēdū q motus aliq̄s claudat inter plura mobilia: ſicut tps aliqđ claudit inter plura nūc. ¶ Ad hoc autē dici pōt q licet nūc maliter ſit idē qđ ſubā rei mobilis formaliter tñ ipm nūc addit quādam intentionē rōnis ſupra dictā ſbam. ꝓpter ergo additionē talis itētionis ipm nūc ſe tenet magis ex parte rōnis. mobile vō ſe tenet magis ex parte rei. Si igit nūc ſe tenet magis ex pte rōnis: ſufficit q ſit ibi diuerſitas rationis ad hoc q abſolute ↄcedamus plura nūc eē in eodē tpe. Sed q mobile ſe tenet magis ex parte rei: non poſſumus abſolute ↄcedere plura mobilia eſſe in aliquo motu niſi ſit ibi diuerſitas ſm rē; ex hoc aūt magis apparet qđ dicebat in q̄ōne premiſſa. vʒ q nūc nō eſt ↄtinuatiuum tpis niſi ſm q reducit in ſbam rei mobilis. Nā cum tēpus ſit qd ↄtinuum mālr ⁊ vt habet eſſe in re extra. ſit aūt numerus formaliter ⁊ vt eſt apphēſum a ratione: nūc vt nūc eſt ⁊ vt ſe tenet ex parte rōnis non erit idem in toto tpe ⁊ per ↄñs nō faciet tēpus ↄtinuū. Sed potꝰ ↄtinuabit ipm: vt ſe tenet ex pte rei: ⁊ vt eſt idē qđ ſubſtātia rei mobilis. ¶ Deide cū dicit.

¶ Aliud aūt cū tps qđ eſt huius prope ſit: veniet nūc: q̄ hodie venit venit nūc: q̄ hodie venit. Sed in Jlion facta nō ſunt nūc: neq; diluuiū factū eſt nūc: tamē tps continuū nunc eſt: ſed quia non eſt ꝓpe.

¶ Ponit ſcđam acceptionē ipſius nūc. d. q aliud autem. i. alio modo accipit ipſum nūc cum tēpus qđ eſt huius. i. qđ dicit nūc ꝓpe ſit ipſi nunc in quo ſumus vt dicimus de aliquo: q̄m veniet nūc: in futuro: q̄ veniet hodie. vel venit nūc in preterito: q̄ venit hodie. Sed facta in Jlion. i. in troia nō ſunt facta nūc: neq; diluuiū factum eſt nūc. Nā ⁊ cum tēpus ↄtinuū eſt: q̄ illud tēpus cū toto alio tpe eſt ↄtinuum iſti tpi: ſed tñ q̄ tēpus illud non eſt ꝓpe iſti nūc in quo ſumus: ideo talia facta nō dicuntur fuiſſe nūc. pʒ ergo q nūc vel accipit pro aliquo indiuiſibili: vel accipitur pro aliquo tpe breui qđ eſt ꝓpinquū nūc in quo ſumus. ¶ Deide cum dicit.

¶ Jpſuʒ aūt tūc tps determinatū per prius nunc eſt: vt tunc deſtructa eſt troia: ⁊ tunc erat diluuiū. Oportet enim includi ad ipſum nūc. Erit enim quātū aliqđ ab hoc tēpore in illud quod erat in p̄teritū.

¶ Poſtq̄ꝫ determinauit de nūc determinat de quibuſdā aliis intētionibus tpis. Circa qđ tria facit: q̄ primo determinat de tūc. 2° de iam. 3° determinat de modo ⁊ de olim ⁊ de repēte. 2ª ibi. ipſum autē iam. 3ª ibi. ipſum aūt modo. Circa primū duo facit: q̄ p̄mo determinat de ipſo tūc. ſcđo ꝓpter ea que dixerat mouet q̄ōnem quandā ibi. ſi vō neq; tēpus. Dicit ergo q ipm tunc eſt tēpus determinatū per prius nūc: vt tūc deſtructa eſt troia tunc erat diluuiū. Nunq̄ꝫ enim dicimus de aliquo tūc fuiſſe niſi facta ſit mētio de aliquo nūc reſpectu cuius dicamus ꝫ fuiſſe: opʒ aūt tunc includi inter tēpus in quo ſumus: ⁊ ad ipſuʒ nūc de quo facta eſt mentio. erit enim aliq̄ñ tēpus. i. aliqđ tēpus determinatū ⁊ finituʒ ad hoc tpe in illud tēpus: de quo dicimus fuiſſe tūc: ⁊ hoc erat ad p̄teritū. ¶ Notādum aūt q tūc dicit aliquod tēpus ſixum ⁊ determinatum per aliquod nunc: ⁊ q̄ eſt magis nobis determinatum tempus in p̄terito q̄ꝫ in futuro magis vtimur hoc aduerbio tunc in preterito q̄ꝫ in futuro. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si vō neq; tps eſt: quod nō ſit tunc: oē erit tps finitū. Aut ergo deficiet: aut non. Siquidem ſemper eſt motus. Aliud igit aut idem multotiens. Manifeſtum quoniam vt vtiq; motus: ſic ⁊ tempus eſt.

¶ Ex his que dixerat mouet quandā q̄ōnē de ipſo tpe. Circa qđ duo facit: q̄ p̄ mouet q̄ōnē. 2° ſoluit ibi. Siqdē ſemp. Dicit ergo. ſi vō neq; eſt tēpus qđ nō ſit tūc. i. qđ nō deſignari poſſit per tē: q̄ tūc vt dicebat dicit tēpus determinatum finitū eſſe. i. totuʒ tēpus erit finitū. noſtra lrā habet erit futurū ſed eſt corrupta vt patet ex alia lrā ⁊ ex trāſlatione cōmenti: q̄ igit ſic eſt mētio. queritur autē ergo deficiet tempus aut non. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Siquidem enim vnus ⁊ idem ſit motꝰ aliquando erit ⁊ tempus vnum ⁊ idē. Si autem non: non erit.

¶ Semp ſoluit. Circa qđ duo fac: q̄ p̄ oñdit ſic eē de tēpore ⁊ de motu. 2° adducit ſpālem rōnē de ipſo tpe q nunq̄ꝫ deficiet ibi. Q̄m aūt ipſum nūc. Dicit ergo q ſiqdē ſemp eſt motus: aut alius: aut idem multotiens manifeſtū q̄m vtiq; ſicut eſt motus: ſic eſt ⁊ tēpus. ſiqdē enim vnus ⁊ idē ſit motus erit tēpus vnū ⁊ idem. ſi aūt nō eſt vnus motus nō erit vnū tēpus. ¶ Notādum aūt q lʒ omne tēpus acceptū ſit finitū: q̄ omne tale tps poteſt deſignari per tūc. tñ ſm opinionē p̄hi tēpus infinitū eſt ⁊ nunq̄ꝫ incepit ⁊ nunq̄ꝫ deſinet: ſicut motus nunq̄ꝫ incepit ⁊ nunq̄ꝫ deſinet. immo loquēdo de motu p̄mo ſic ſequit tēpus motū: q ſicut eſt vnus motus: ſic eſt vnū tps. ⁊ ſicut nō eſt vnus motꝰ: ſic nō eſt vnū tēpus. motus aūt ſm ſui totalitatem eſt ↄtinuus. partes tamē eius habēt diuerſitatē adinuicē: ita q reuolutio que preterijt: nunq̄ꝫ redibit in eodē numero: q̄ quoꝝ ſubſtātia depit nō redeunt eodē numero vt dicit circa finē de generatione. ſic ⁊ tēpus qđ p̄terijt vt eſtas aut autūnus nūq̄ꝫ redibit idem numero: poterit tamē redire idem tempus ⁊ redire idem ſpecie. ¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Quoniam autem ipſum nūc p̄ncipium ⁊ finis tpis eſt: ſed nō eiuſdē: ſʒ p̄terītī quidē finis. p̄ncipium autem futuri habebit ſicut circulus quodāmodo: ⁊ in eodē ambitū ⁊ planū: ſic ⁊ tempus ſemper in p̄ncipio ⁊ fine. Et propter hoc videt ſemp alterum. Non enī ſemper eiuſdem p̄ncipium ⁊ finalitas ipſum nunc. ſimul enī

⁊ ſm idē oppoſita eſſent: ⁊ non deficiet
itaq tempus: ſemꝑ enim in principio eſt.

¶ Adducit ſpālē rōnē ad oſidēdū ꝙ tp̄s nunq̄ defi
ciet dicēs: ꝙ ip̄m nūc eſt p̄n^m ⁊ finis: ſ3 nō eiuſde3
ſed p̄teriti qdē eſt finis: futuri aūt p̄n^m. hēbit ergo
ſeip̄m tp̄s ſicut circulus in quo q̄dāmodo in eodē
i. in eadē pte eſt ambitū ⁊ planū. i. eſt gibboſitas ⁊
ↄcauitas ut hēt ſ^a 2^{ii}. Sicut ēī in q̄libet pte circu
li eſt gibboſitas ⁊ ↄcauitas: ⁊ ſicut in q̄libet pte cir
culi eſt pūct^9 q est p̄n^m vni^9 linee ⁊ finis alterius
ſic ⁊ tp̄s q2 aſſimilat circulo: ⁊ ſeqt motū circula
rē ſemꝑ eſt in p̄n^o ⁊ in fine: q2 q̄ōlibet iſtās in tpe
hēt rōnē p̄ncipij ⁊ finis: ⁊ ꝑꝑ h̄ tp̄s ſemꝑ vr̄ eē alte
rū: ex eo eni ꝙ nūc in tpe eſt p̄n^m ⁊ finis ſequit ꝙ
tp̄s hēat alteritatē in ſuis ptib^9: q2 ſemꝑ ip̄m nunc
nō eſt eiuſdē ptis tpis p̄n^m ⁊ finis: q2 tūc ipſi nūc
ſm idē ineēnt ei oppoſita qd̄ eſt icōueniēs. Ex h̄
ēt ſequit ꝙ tp̄s nō deficiet: q2 ſemꝑ eſt in ſuo p̄n^o.
¶ Notādū aūt ꝙ circulus ad tp̄s ſ3 opiones pbi
duas ſilitudines hēt. p̄^a eſt ꝙ ſicut nō eſt ſignare
pūctū in circulo qui nō ſit p̄n^m ⁊ finis: ſic nō eſt ſi
gnare iſtās in tpe qd̄ nō ſit p̄n^m vni^9 tpis ⁊ finis al
teri^9. cui^9 ſicut gibboſū ⁊ ↄcauū in circulo idē
eſt ſm rē differens ſm rōnē: q2 ↄcauū dr̄ per reſpe
ctū ad iteriora. gibboſū aūt per reſpectū ad exte
riora: ſic in tpe idē eſt iſtās qd̄ eſt p̄n^m ⁊ finis: diffe
rēs ſm rōnē: q2 reſpectu futuri eſt p̄n^m: reſpectu p̄
teriti eſt finis: pbs aūt expſſit hāc ſcdā3 ſilitudinē
⁊ q̄dāmodo tacuit p̄mā: q2 ſupponebat. q. manife
ſtū ꝙ tp̄s hēt rōnē circuli: q2 ſeqt motū circulare3
⁊ ꝙ nō eſt aſſignare in tpe iſtās qd̄ nō ſit p̄n^m ⁊ fi
nis: ſicut nec in circulo eſt ſignare pūctū qd̄ nō ſit
finis ⁊ p̄n^m. ¶ Notādū3 ēī ꝙ ex eo ꝙ q̄ōlibet in
ſtās in tpe hēt rōnē p̄ncipij ⁊ finis tres ↄ̄ſues p̄nt
elici. p̄^a eſt ꝙ tp̄s hēt alteritatē in ſuis ptib^9 ⁊ tp̄s
poſteri^9 eſt alterū a priori. Nā cū iſtās ſit finis tpis
prioris ⁊ p̄n^m poſterioris uel ſit finis p̄teriti ⁊ p̄n^m
futuri: ſi h^9 tpa nō differrēt. tūc idē iſtās reſpectu
eiuſdē eſſet p̄n^m ⁊ finis: ꝑꝑ qd̄ eidē iſtāti reſpectu
eiuſdē tpis cōpeterēt oppoſita qd̄ eſt icōueniēſ. 2^a
ↄcl^o eſt ꝙ tp̄s nunq̄ deficiet. nulla eni3 res defici
et in ſuo p̄n^o: nec deſinit cū incipit eē. Si ergo tp̄s
ſemꝑ eſt in ſuo p̄n^o: q2 de tpe nō eſt niſi iſtās ⁊ q̄ōli
bet iſtās hēt rōnē p̄ncipij reſpectu alicui^9 tpis. ſe
quit ꝙ tp̄s uh̄r nunq̄ deficiet pōt deficere hoc tp̄s
uel illud: ſed nō tp̄s ſimpliciter. 3^a ↄcluſio eſt qua3
pbs tacuit. ſ. ꝙ tp̄s nunq̄ incepit: q2 ſicut qd̄ eſt in
p̄ncipio ſm ꝙ h^9 nō deficit ſic qd̄ eſt in fine ſm ꝙ
huiuſmodi eſt nō incepit. cū ergo q̄ōlibet iſtās ſit
p̄ncipiu3 ⁊ finis ſicut tēpus ſemꝑ eſt in ſuo princi
pio: ⁊ ideo non deficit: ſic quia ſemꝑ eſt in ſuo fine
nunq̄ incipit. futurū ergo tp̄s nunq̄ deficiet: quia
ſemꝑ iſtās eſt principiū talis tpis. p̄teritū aūt tē
¶ Manifestat que dixerat de vnitate tpis. Circa qd tria facit: qz p ostẽdit qz tps est vnũ spe: qz est vnũ sic ex eo qd est numerus. 2° declarat quõ ipa est vnũ nũo: qz est sic vnũ rõne mot9 in quo fundat. 3° quoddã qd supposuerat pbat. 2° ibi qm autẽ loci mutatio. 3° ibi dr aũt recte. ¶ Continuetur aũt sic bñ dictũ est qz tps est vnuz spe: qz si hi qdẽ sunt canes illi aũt equi: utriqz aũt sunt. vij. fm spẽm idez est nũs utrorũqz sic qz tps est nũs idẽ erit ips motuũ simul terminatoz. pñt ergo ipsi mot9 terminari per tps differre specie nõ aũt tps: adeo subdit qz hic mot9 fortassis est velox. alius vo nõ velox et aliz9 qdem motus est loci mutatio. hic aũt est alteratio ita qz motus pñt eẽ differẽtes specie. tñ tps idẽ est siqdẽ nũs sic simul et equaliter alterationis et loci mutatiõis. ppter h ergo mot9 qdẽ alteri sunt et seorsum sunt. tps aũt ubiqz est: qz et nũs vnus et idẽ est qui est equaliũ et simul. ¶ Notãdũ aũt qz si motus dz esse idez specie in eo qz nũo: opz qz accipiat equalis. Nã numeri eqles fm qz hmõi sunt semp idẽ specie. qz vo addit simul nihil facit ad vnitatẽ tpis inqztũ est numerus. sed facit ad vnitatem eius inquãtũ fundat in p motu. nã qz tales mot9 non pñt esse plures simul. ideo ipa equalia plura simul esse nõ pñt. põt ergo ips simul mẽsurare mot9 differentes spe. Attamẽ si ips accipiat equale et simul opz esse vnũ et idẽ: qz lz sunt diuersa numerata. tñ si illa sunt equalia numerus eoz fm qz hmõi est vnus et idẽ. ¶ Dubitaret forte aliqs: qz lz tps numerus sit nõ tñ est numerus quo nũamus: sed numerus numerat9 est ut supra ostẽdebat. numerus aũt numeratus nõ est idẽ diuersoz numeratoz qñtũcũqz numerata sunt equalia. Dicẽdũ qz numerus numeratus etiã si sit equalis qñtũcũqz habeat eẽ in diuersis numeratis est idẽ specie: lz nõ sit idẽ numero: sicut eni lz lignũ et paries differãt specie. albũ tñ in hoc et in illo differt solũ nũo. sic lz canes et equi differãt spe: septenarius tñ in canibus et in eqs nõ est ali9 septenarius spe sed numero. Qñtũcũqz ergo eni iste septenarius et ille sit nũs numeratus. nõ est tñ alius septenarius spe sed numero. pbs ergo ex eo qz tps est numerus nõ hẽt qz ips sit vnũ numero si accipiat tps equale: sed solũ qz sit vnũ specie motus ergo numerati per tps possunt differre specie. non autem specie tẽpus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam aũt loci mutatio et huiusmodi circularis: numeratur aũt vnũquodqz vno quodam pximo vnitates vnitate: equi vo equo: sic et tempus tpe quodam finito. Mensuratur aũt sicut diximus tẽpusqz motu: et motus tempore. Hoc aũt est: qz determinato motu: et tempore mẽsuratur motus quantitas et temporis.

¶ Ostẽdit tps eẽ vnũ nõ solũ ex eo qz est numerus: sed etiã ex eo qz fundat in motu. Circa qd duo facit: qz p facit qd dictũ est. 2° qd dixerat manifestat per alioz dicta ibi vnde et videt tps. Circa primuz duo facit: qz pmo pmittit qdã necessaria ad ppositũ. 2° ex his que dixerat pcludit intẽtũ ibi. Si igit qd pmũ. Premittit aũt quasi tria: quoz pmũ est qz loci numeratio et hmõi circularis mutatio supple ẽ maxime regularis: scdz est qz vnũqdqz numerat vno quodã pximo sui generis: ut vnitates numerant vnitate equi vo equo. ips eni numerat quodã tpe finito. videmus eni qz per vnitatẽ numeramus vnitates plures et etiã ipm nũm: et per vnũ equuz multos equos et per qñtitatẽ vnius ulne mẽsuramus qñtitatẽ multaz ulnarũ et tpe aliquo finito: ut vno die numeramus aliqd magnũ tps ut totuz annum. 3m est qz sicut diximus prius tẽpus mẽsurat motu et motus tẽpore. hoc aũt est qz determinato i. certo tempore mensurat motus fm ipos motus vel ipsum motuz: siue per ipsum motum mensuratur quantitas temporis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igit qd pmum mẽsura oium pximoz circulatio: que regularis mensura maxime: qa numerus huiusmodi notissimus est. Alteratio qdẽ igit neqz augmentatio non sunt regulares. Loci aũt mutatio est.

¶ Ex his que dixerat pcludit intẽtũ. d. qz si igit pmũ in quolibet genere est mẽsura oiuz pximoz: qz circulo est mensura maxime regularis: et qz numerus hmõi mẽsure est notissimus ut hẽt alia lra vel est notissimus: qz in talẽ motũ reducunt oẽs alij motus: qz supple ita est tps qz est mẽsura motuũ fundabit in p motu. erit ergo tps vnũ. qz hmõi motus regularis in quo fundat ipa est vnuz. addit aũt qz alteratio qdẽ: neqz augmẽtatio nõ sunt motus regulares loci autez mutatio est supple regularis et maxime circulatio. tẽpus ergo sequet hũc motũ et erit vnũ

ꝓpter vnitatem eius. pʒ ergo ꝙ tps est vnū spe: qꝛ
est formaliter numerus. sed est vnū simpliciter: qa
mäliter est motus pmus regulariter in quo fun-
datur tanq̄ʒ in subiecto. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde ⁊ videt̄ tps eē spere mot⁹: qꝛ hoc
mēsurant̄ alij motus: ⁊ tēpus hoc motu.

¶ Q̄ȯ dixerat manifestat per dicta alioꝝ. Circa qȯ
duo facit: fm ꝙ ex modo dicendi alioꝝ dupl'r de-
clarat itētuꝫ. 2ª ibi[,] ꝓpter h̄ aūt. ¶ Cōtinuet̄ sic. h̄ñ
dictū est ꝙ tps sequit̄ motū circularē: vñ ⁊ qꝛ ita
ē videt̄ aliqb⁹ tpꝭ eē idē qȯ spere mot⁹. qȯ ideo cō-
tingit: qꝛ hoc. s. motu spere mēsurant̄ alij motus: ⁊
etiā tps mēsurat̄ hoc motu. mēsuramus enīʒ aliqȯ
tēpus ut mēsem: aut annū attēdētes ad motū celi.
¶ Notādū aūt ꝙ ut sup̄ patuit: qdā posuerūt tps
esse ipm motū celi ⁊ h⁹ opinionis dicit̄ fuisse Pla
to. h⁹ aūt opinio lʒ nō sit oīno uera aliq̄ modo ro-
borat positionē phi. vʒ ꝙ tpꝭ accipiēdū est fm mo
tū celi siue fm circularē motū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Propter hoc aūt ⁊ ꝯsuetuʒ dici accidit.
Dicūt enim circulū esse humanas res: ⁊
alioꝝ motū habēnū nālem: ⁊ gñationē: ⁊
corruptionē. Hoc aūt est: qꝛ oīa hec tpe
iudicant̄ ⁊ accipiūt finē ⁊ p̄ncipiuꝫ: sicut si
fm circulationē ſit. Et tps enim ipm vi-
det̄ circulus qdā. Hoc aūt iterū videt̄ ob
hoc: ꝙ huius loco mutationis mensura
est: ⁊ mēsurat̄ ipsuꝫ ab huiusmodi. Qua-
re dicere esse rerū que fiunt circulū: dice-
re est tēporis esse quēdam circuluꝫ. Hoc
aūt est: qꝛ mensurantur circulatione. Ex-
tra enim metruꝫ nihil videtur esse: q̄ʒ qȯ
mensuratur. Sed aut multa metra totū.

¶ Cōfirmat positionē suā ex alio modo dicēdi. conti
nuet̄ sic. h̄ñ dictū est ꝙ tps sequit̄ circularē motuꝫ
⁊ ꝓpter hoc qꝛ sic est accidit id qȯ ꝯsuetū est dici.
dicūt enim coīter loq̄ntes res humanas ⁊ fortunā
humanā esse quēdā circulū: sic etiā motū alioꝝ. i.
aliaꝝ rerū h̄ñtium nālē generationē ⁊ corruptio-
nē dicunt etiā esse quēdā circulū. hoc aūt ideo est:
qꝛ hec oīa inferiora iudicant̄ tpe ⁊ accipiūt finem
⁊ principiū in tpe: sicut si omne qȯ hic inferi⁹ agit̄
sit fm quādā circulationē. nam ipm tēpus videtur
esse qdā circulus: ideo oīa hic īferius acta vidētur
esse circularia. iteꝝ aūt hoc. s. ꝙ tēpus sit circulus
videt̄ ab hoc: qꝛ est mēsura loci mutationis qȯ est
huius. i. circularis ⁊ mēsurat̄ ipm tēpus ab huius
i. a mutatione circulari: quare dicere esse quēdam
circulū ipsarū rerū que fiūt est dicere quēdā circu-
lū ipsius tpis. h̄ aūt. s. qȯ sit qdā circulus ipsaꝝ re
rū est: qꝛ cetera talia mēsurant̄ circulatione. Nāq̄ʒ
⁊ ipm tēpus circulatione mēsurat̄ ⁊ ecōuerso. mē
suramus enim motū tpe ⁊ tpe motū. Addit aūt ꝙ
id qȯ mēsurat̄ nihil videt̄ esse extra suū metruꝫ. i.
extra suā mēsurā: sed ipsum totū qȯ mēsuratur est
multa metra. i. multe mēsure. ¶ Notādum aūt ꝙ
coīter res humane ⁊ oīa hec īferiora: qꝛ vulgo ere
dit̄ esse quādā rotā fortune fm quā h̄ oīa disponū-
tur. hec aūt vulgaris positio ex hoc videt̄ sumpsis-
se originē: qꝛ oīa talia mēsurant̄ tpe qȯ est qdaꝫ cir
culus eo ꝙ sequit̄ circularē motuꝫ. ex quo patet ꝙ

h̄. s. vulgaris opio quodāmodo roborat positionē
phi. vʒ ꝙ loquēdū est de tpe, put loqmur de circu-
lari motu: ⁊ ꝙ tps sequit̄ huiusmodi motū. ¶ No
tādum etiā ꝙ nō videt̄ esse ꝙ mēsurat̄ aliud a sua
mēsura: qꝛ tēpus qȯ mēsurat aliquo modo pⁱmū
motū mäliter est ipse motus. dicit̄ m̄ totū mēsura
tū esse multa metra: qꝛ semp mēsuramus q̄ntitateꝫ
magnā per q̄ntitatē minorē: ꝓpter qȯ mēsura plu-
ries ꝯtinet̄ in suo mensurato. uel possumus dicere
ꝙ nō solū mēsuramus motum tpe ⁊ ecōuerso. sed
etiā mēsuramus motū motu: ⁊ tēpus tpe. ⁊ tñ qȯ
sic est mēsuratuꝫ nō differt a sua mēsura nisi ꝙ mē
suratuꝫ habet rōnem totius: ⁊ mēsura habet ratio
nē ptis: ut qꝛ dies est pars mēsis ⁊ mēsis anni: ta-
sum mēsuramus mēse ⁊ mēsem die. ¶ Dubitaret
forte aliqs utrū tēpus sit mēsura p̄mi motus. Dicē
dum ꝙ si ille motus accipiat̄ fm suā totalitatē nō
ꝓprie mēsurat̄ tpe: qꝛ nō ꝯtinet̄ a tpe. nō enim fuit
ante tēpus q̄ʒ esset ille motus: ideo fm sui totalita
tē motus ille nō est ꝓprie in tpe. Si ṽo accipiat̄ fm
ptialitatem: sic quelibet pars illius motus ꝯtinet̄
tpe ꝓpter qȯ aliquo modo mēsurat̄ a tēpore. desi-
cit tñ tēpus aliquo modo a rōne mēsure: qꝛ mensu
ra non proprie dependet a mensurato: sed ecōuer-
so. tempus autē magis dependet ab illo motu q̄ʒ
ecōuerso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicit̄ aūt recte qȯ numerus qdē idē est:
⁊ ouiū ⁊ canū: si equalis utriq̄ʒ sit. Deceꝫ
autem nō idē. Neq̄ʒ decē eadē sunt: sicut
neq̄ʒ triāguli idē qui est eq̄laterus ⁊ gra-
datus: ⁊ m̄ eadē figura est: qꝛ utraq̄ʒ triā
guli sunt. Idē enim dicit̄ a quo nō differt
dr̄ia. Sed nō a quo differt ut triāgulus a
triāgulo dr̄ia differt. Alteri qdē enim triā
guli sunt. A figura aūt non. Sed in eadē
diuisione ⁊ vna. Figura enī hec qdē talis
circulus. Alia ṽo huiusmodi triāgulus.
Huiusmodi aūt alia qdē eq̄laterum. Alia
ṽo huiusmodi gradatū. Figura qdē igit̄
eadē: ⁊ hec triāgulus enīʒ est. Triāgulus
aūt nō ideꝫ est. Et numerus iam silr. Nō
enī differt a numero dr̄ia numerus hoꝝ.
Decē aūt nō idē est. In qbus enim dicit̄
differunt. Hec qdē enim canes. Alia ṽo
equi. Et de tpe qdē ipso: ⁊ de circa ipsum
proprietatibus hac intēnone dictum est.

¶ Probat qȯ supposuerat. vʒ ꝙ si accipiat̄ numer⁹
equalis ut denarius uel septenarius nō differt for
maliter ⁊ in eo ꝙ numerus: lʒ possit differre mäli
ter ⁊ in eo ꝙ denarius: ⁊ ideo ait ꝙ recte dicit̄ ꝙ
numerus qdē idem est ouiū ⁊ canum si sit equalis
utriq̄ʒ. i. ex utraq̄ʒ pte: ut si utercq̄ʒ sit denari⁹. est er
go idē numerus hic ⁊ ibi: sed nō est idē. x. nec sunt
eadē. x. que numerant̄: sicut nec sunt idem triāguli triā
gulus qui est eq̄laterus: ⁊ triāgulus qui est grada
tus. tñ est eadē figura. uterq̄ʒ enīʒ. s. tam gradatus
q̄ʒ equilaterus sunt a triangulo: sed supple nō sunt
ideꝫ triāgulus. Quod aūt sic sit patet. Nam illud
est idē cum alio a quo nō differt differētia aliqua:
sed nō est idē cum eo a quo differt: ut triangulus a

triangulo differt dña. gradatus enim et equilaterus sunt alteri triãgulu: et differũt fm q sunt trianguli. sed nõ a figura. i. nõ differũt fm q sunt figura. Nam si diuidat figura per suas dñas oẽs species triãguli cadunt ex eadẽ preideo ait q in vna et eadẽ diuisione. i. ex eadẽ parte cadunt oẽs spẽs triãguli. Nam figura sic diuidit q alia est talis. s. circulus. alia vo huius ut triãgulus: alia quadrãgulus. nunq̃ ergo diuidẽdo figurã per suas differẽtias habebimus q vna spẽs trianguli differt ab alia: ut q eqlaterus differat a gradato: ideo subdit q huiusmodi. s. triãgulum: alia spẽs est equilaterũ alia vo species huius est gradatus. hec igit. s. equilaterus et gradatus sunt eadẽ figura: q: utrũq; est triãgulus. Sed nõ sunt idem triãgulus. subdit autẽ q et tam numerus sil'r se habet. numerus autez hoz. s. x. canũ nõ differt a numero. x. ouiũ siue. x. equoz differentia numeri. Sed sunt idẽ numerus x. aũt non est idẽ. differt ergo denarius hic ab illo lz nõ differt in eo q numerus. sic etiã differũt ea in qbus dicit esse talis numerus. Naz h qdẽ sunt canes: alia vo sunt equi uel oues. ¶ Notandũ aũt q equilaterus et gradatus sunt spẽs trianguli. sicut homo et leo sunt spẽs aialis. triãgulus aũt aut habet ois equalia latera. et tũc dicit equilaterus. aut hẽt ois inequalia. et tũc dicit gradatus: aut habet duo equalia: et tertiũ ineq̃le. et tũc dr equicrurius. ¶ Notãdum etiã q spẽs generis inferioris nõ distinguit per dñas generis supioris. nec etiã ad inuicem species distinguunt per dñas generis. videm9 enim q homo et leo que sunt spẽs aialis. nõ distinguunt per sensibile et isensibile que sunt differẽtie corpis aiati. Sed distinguunt per rõnale et irrationale que sunt differẽtie aialis. Sic etiã eqlaterus et gradatus que sunt species trianguli nõ differũt per dñas figure: sed per differẽtias triãguli: et quia nõ differunt per differẽtias figure sed triãguli dicunt esse eadẽ figura nõ idẽ triãgulus. eodem aũt modo denarius: q: est quedã spẽs numeri nõ diuidit nisi per differẽtias males: q: alius est denari9 canũ alt9 ouiũ. x. ergo canes et. x. oues nõ differũt dña formali numeri nec in eo q numerus. Sz solũ differũt differentia materiali: ut q: h denarius repit in alia materia q̃ ille: q: differẽtia materialis est ppria speciei specialissime. diuidit enim species ex eo q est in alia et alia ma. sicut diuiditur genus per differẽtias formales ut per aliam et aliaz formã. cum ergo. x. canes et. x. oues differãt differentia denarij nõ differẽtia numeri dicunt esse idẽ numerus. ¶ Notãdũ etiaz hoc dictũ sic facere ad ppositũ. Nam cũ numerus equalis nõ differat in eo q numerus nec formaliter: sed solũ possit differre mãliter: ut si repiat in diuersis materijs. denarius enim nunq̃ differt a denario nisi rõne materie in qua repit: ut q: hic denarius repit in canib9. alle vo in ouib9 siue in eqs. cuz g tps sit nũs si accipiatur tpa eq̃lia nõ differt vnum tps ab alio nisi rõne mãe uel rõne sbti in quo fundat. Cuz g tps nõ fundet nisi in p motu: q: sil' nõ pñt eẽ plures mot9 primi. seq̃ q plura tpa eq̃lia sil' eẽ nõ pñt. ¶ Ultimo epilogat circa determinata. d. q de ipso qdẽ tpe et de ppzijs. i. de pprietatib9 circa ipsuz tps intẽtioni i. fm intẽtionẽ et psiderationem nostram dictũ est. Et in hoc terminat sentẽtia quarti libri phisicorũ.

¶ Explicit liber quartus phisicorum.

¶ Incipit quintus liber phisicorum.

Lectio. I.

Ransmutat aũt trãsmutãs omne. Aliud qdẽ fm accñs: ut cum dicimus musicuz ambulare: qm̃ cui accidit musicũ esse: hoc ambulat. Hoc autez in hmõi aliqd mutari et simpl'r dr mutari: ut quecũq; dicũtur fm partes. Sanat eniz corpus q: oculus: aut thorax: he aũt partes totius corpis sunt.

In hoc qnto libro ut supra dicebat pħs intẽdit determinare de speciebus motus. uerũ q: de his que sunt per accidẽs nõ est cure arti: et q: pħs nõ intẽdit determinare nisi de speciebus motuz per se: ideo tria facit: q: pmo diuidit motum in per se et per accidẽs. 2° ait q dimittẽda est mutatio per accidẽs et determinãdũ est de motu per se. 3° incipit determinare de speciebus mot9 per se. 2a ibi [quomodo qdẽ igit.] 3a ibi [qm̃ autẽ ois mutatio.] In motu aũt põt accipi per se et per accñs tripliciter: ex parte mobilis: ex parte mouentis: et ex pte termini. pmo ergo determinat de per se et per accidens ex parte mobilis. 2° ex parte mouẽtis. 3° ex parte forme siue ex parte termini. 2a ibi [est aũt et in mouente.] 3a ibi [qm̃ aũt est aliqd.] Dicit ergo q omne trãsmutans. i. omne trãsmutatiũ siue omne trãsmutabile trãsmutat. aliud qdem fm accidẽs: ut cuz dicimus musicũ ambulare: qm̃ accidit musicuz eẽ hoc qd ambulat. alio modo dicit supple aliqd mutari: q: in aliqd ut in sanitatem uel in aliqd aliud dicit mutari h. i. pars que est in huius. i. in toto: et q: mutat pars alicuius toti9 dicit simpliciter mutari totum: ut pz in his. quecũq; dicunt mutari fm partes ut sanatur. i. dicit sanari corpus simpliciter: q: sanat oculus ul' thorax. i. pectus. hoc aũt. s. pectus et oculus sunt partes toti9 corporis. Est autẽ tertius modus trãsmutandi qñ aliquid nec mouet fm accidẽs nec mouet in eo q aliqd ipsius. i. aliq pars ei9 mouet. Sed mouet primũ nõ ratione partis: sed in eo q ipsuz. i. per se. est ergo hec diuisio q quicqd trãsmutat uel trãsmutatur per accidẽs uel per partẽ uel per se. Addit aũt q hoc qd est mobile fm seipsum fm aliũ et aliũ motum est alterũ. i. diuersum. diuersificat enim mobile ex diuersificatiõe motus ut alterabile est qd est fm alterationẽ et sanabile et calefactibile sunt qd alterũ admutem. ¶ Notãdũ aũt q simpliciter dicit id qd sine additamẽto dicit. Cuz ergo cois modus loquẽdi admittat q dicit simpliciter et absolute sanari sortes si sanetur eius oculus: ideo qd est fm ptez talẽ fm modũ loquẽdi absq; additione dicit esse simpliciter tale. ¶ Notandũ aũt q fm motũ per se diuersificat mobile. nõ aũt fm motuz per accidẽs. per se eni est q calefactibile calefiat sanabile sanet augmẽtabile augmẽtet. opz ergo per se loquẽdo fm diuersos motus diuersificari mobile Sed si uellemus loq per accñs. tũc vnũ et idẽ mobile posset moueri motibus oibus. per accñs enĩz augmẽtabile sanat dealbat denigrat: et sic de ceteris motib9. uolẽs ergo pħs distinguẽ motũ per se et per accñs ait fm diuersos mot9 per se diuersificari mobile: q: fm diuersos mot9 per accñs non opz q mobile sit diuersuz. ¶ Dubitaret forte aliqsiga

vī ꝙ hec diuisio. vꝫ mobile per se ⁊ per accidēs ⁊ per ptē nō sit per opposita. mobile eni per ptē non vī ponere in mām cū mobili per accñs. accidimus enim aligd esse per accñs qđ est per ptē. Dicēdum ꝙ ut vī uelle ꝯᵗᵒʳ qđ est per ptē est .q. mediuꝫ iter per se ⁊ per accidēs. pars enim nec est oīno diuersa a toto nec oīno idem. prout ergo nō est omnino diuersa qđ est per ptē nō est oīno per accñs: q: ꝟo nō est oīno idē qđ est per ptē etiam nō est oīno per se. Si ergo qđ est per ptē nec est simpl'r per se nec simpl'r per accñs: esse per ptē distinguit ab esse per se ⁊ ab esse per accidens. Qđ ꝟo dicit ꝙ dicimus aliqñ esse per accidēs qđ est per ptē: dici pōt ꝙ nō oportet ꝙ semꝑ cōis modus loquēdi sit locutio ꝓpria. esse ergo ꝭm partem est aliud ab esse per accidens. lꝫ ꝭm cōmunem modū loquendi aliquando vnum accipiatur pro alio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Est aūt etiā aliqd: qđ neqꝫ ꝭm accñs mouet neqꝫ in eo qđ aliqd ipsius: sꝫ in eo qđ ipm mouet pmo. Et hoc est ꝭm seipsum mobile. Secūdū aūt aliū motū ⁊ aliū alterū est: ut alterabile: ⁊ alteratiōis sanabile: ⁊ calefactibile alterū. Est aūt ⁊ in mouente silr. Aliud qdē enim ꝭm accñs mouet: aliud ꝭm partē in eo quod huiusmodi aliqua. Aliud ꝟo per seipm pmum: ut medicus qdeꝫ sanat. Manus aūt pcutit.

¶ Ostēdit ꝙ ē ex pte mouētis pōt accipi per se ⁊ p accñs ⁊ per ptē. d. ꝙ est aūt ⁊ in mouēte silr. Naꝫ aliud qdē mouet ꝭm accidēs. aliud ꝟo mouēs mouet per ptem in eo ꝙ aliqua pars mouet. alius ꝟo mouet per seipsum primū: ut medicus qdem sanat per se. manus autem pcutit tanqꝫ pars musicū suple sanat per accidens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̄ aūt est aliqd mouēs pmuꝫ. Est aūt ⁊ aliud qđ mouet. Adhuc in quo tps. Et pter hec ex quo ⁊ in qd. Oēs eni motus a quodā ⁊ in qddā. Alteruꝫ eni est quod pmū mouet ⁊ in quod mouet: ⁊ ex quo: ut lignum ⁊ calidum ⁊ frigidū. Hoꝝ aūt aliud qdeꝫ mobile est: aliud ꝟo in quod. Aliud ex quo. Mot⁹ aūt manifestuꝫ ꝙ in ligno nō in spē est. Neqꝫ eniꝫ mouet: neqꝫ mouet spēs: aut locus: aut qꝫtuꝫ hoc. Sed est mouēs qđ mouet: in qđ mouet.

¶ Ostēdit quō pōt accipi per se per accñs: ⁊ per ptē ex pte forme siue ex pte termini. Circa qđ duo facit: q: p pmitit qdā necessaria ad ꝓpositū. 2° ex his que dixerat manifestat intētū ibi⸤ Est autē ⁊ in illis.⸥ Circa pᵐᵘᵐ tria facit ꝭm ꝙ tria pmittit: q: p ostēdit ꝙ mobile est alteꝝ ab utroqꝫ terminoꝝ. 2° ostēdit ꝙ ipsi termini sunt diuersi ⁊ alteriiter se. 3° circa ea que dixerat mouet dubiuꝫ qđdā. 2° ibi⸤ magis aūt in qđ.⸥ 3° ibi⸤ Dubitabit aliqs.⸥ Dicit ḡ ꝙ ad motū quqꝫ ꝯcurrūt: qm̄ est ibi aliqd qđ est pmū mouēs. est aūt ⁊ aliud qđ mouet .i. mobile ad hoc aūt. 3° est ibi tps in quo mot⁹ est ⁊ pter h̄ .i. pter mouēs mobile ⁊ tps est ibi terminus ex quo ⁊ terminus in quē. oīs eniꝫ mot⁹ est a quodā in qddā .i. omni eni motu sunt duo termini a quo ⁊ ad quē. cuꝫ ḡ ad motū ꝯcurrāt tā mobile qꝫ terminus a quo ⁊ in quē qđ mouet pᵐ .i. mobile est alteruꝫ ab eo in qđ mouet ⁊ ab eo ex quo mouet: ut lignū calꝫ ⁊ fridū sunt altera ⁊ diuersa. Hoꝝ aūt aliud qdē est mobile ut lignū. aliud ꝟo in qđ mouet ut calm̄. aliud ꝟo ex quo mouet ut fridū: si fiat mot⁹ ex calido i fridū uel ecōuerso calm̄ erit ex quo mouet ⁊ fridū in qđ si fiat mot⁹ ex calo in fridū. Qđ aūt differat mobile ab utroqꝫ terminoꝝ pꝫ: q: manifestū est ꝙ mot⁹ est in ligno .i. i mobili: sꝫ nō est in spē .i. in calore uel in frigiditate uel in aliq̄ terminoꝝ mot⁹: ideo sꝫdit ꝙ spēs ⁊ locus: aut qꝫtū: aut hoc quoꝝ qđlibet pōt eē termin⁹ mot⁹: neqꝫ mouet neqꝫ mouet. Sed mouēs qđ mouet .i. mobile: ⁊ in qđ mouet .i. termin⁹ supple sunt altera ⁊ diuersa adinuicē. ¶ Notādūꝫ aūt ꝙ ait ꝙ alteꝝ est qđ mouet pᵐ ⁊ in qđ mouet ⁊ ex quo mouet. Naꝫ id qđ mouet est ipm ꝭm id ex quo mouet ⁊ in qđ mouet sūt opposita uel ꝯria trāsmutatio enim fit ex oppositis in opposita: ideo ḡ alterū est qđ mouet pᵐ ⁊ ex quo mouet ⁊ in qđ q: ꝭm est alteꝝ ab utroqꝫ ꝯrioꝝ. tn̄ si debet accipi ꝭm alterū dꝫ accipi ꝭm pᵐ ⁊ per se: q: si accipiat ꝭm per accñs ⁊ ex ꝯñu. sic ipm ꝯriū uel etiaꝫ ipsa ꝑuatio pōt esse illud qđ mouet. per se eniꝫ ⁊ p ꝭm ꝑm ut albū in potētia fit albū: ⁊ ex ꝯñti nō albū fit albū ⁊ etiā nigrū fit albū. hñ ergo dictū est ꝙ id qđ mouet pmo est alteruꝫ ab utroqꝫ terminoꝝ uel ab utroqꝫ ꝯrioꝝ: q: ut patuit id qđ mouet ex ꝯñti pōt esse suū ꝯriū. ¶ Notādū etiā ꝙ accipiēdo trāsmutatiōnē large: sic est in 4ᵒʳ gñib⁹: q: 4ᵒʳ sunt ea que acqrunt per trāsmutationē ⁊ motū. vꝫ ꝭa quantitas qlitas ⁊ ubi. he aūt que acqrunt per motum ⁊ que sunt termini motuꝫ nec mouent nec mouēt. nō eni mouent talia: q: mot⁹ nō est ut in ꝭto in ipa forma acqrēda per motuꝫ: sꝫ est in ipso mobili. tūi sua forma acqrēda per motū nō mouet: sꝫ ꝑm efficiēs uel ꝑm mouēs est qđ mouet: iō ait ꝙ spēs .i. qualitas: aut locus: aut qꝫtū: aut hoc .i. foia ꝭalis. vnūquodqꝫ enim taliuꝫ ut est terminus motus ⁊ ut est finis motus nec mouet nec mouetur. eo enim ꝙ talia sunt finis motus ꝭm ꝙ huiusmodi sunt nō mouentur nec mouent ꝓprie nisi forte acciperetur mouere methaphorice. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magis autē in quod qꝫ ex quo mouet: denoīabit mutatio. Vñ corruptio in non eē mutatio est qꝫuis ex eē mutet: qđ corrūpit. Et gñatio in eē: qꝫuis ex nō eē. Quid qdem igit motus sit: dictū est prius. Spēs aūt ⁊ locus ⁊ passiones in que mouent: q̄ mouent: imobilia sunt ut scientia ⁊ calor.

¶ Postqꝫ ostendit ꝭm eē alteꝝ ab utroqꝫ terminoꝝ. ondit ipos terminos eē alteros iter se. sicut eniꝫ ex ipo motu accipitur dīa ꝭbi ad utrūqꝫ terminū: q: nō mouet aliqs t'minoꝝ: sꝫ mouet ipm ꝭm uel ipꝫ mobile. sic ex h⁹ motu pōt accipi dīa ipsoꝝ terminoꝝ adinuicē. differt aūt termin⁹ ad quē a termino a quo p cōparationē ad motū: q: mot⁹ recipit spēs ⁊ denoiationē a termino ad quē nō a t'mino a quo. Ideo ait ꝙ mutatio magis denoiatur ex eo in qđ aliqđ aliqd mouet qꝫ ex eo ex quo: vñ corruptio ē mutatio in nō eē ⁊ recipit denoiationē ⁊ spēm ab ipso nō eē qꝫuis id qđ corrūpit mutet ex eē ⁊ gña-

tio est mutatio in esse: et recipit denoīationē ex esse
q̄ꝫ incipiat ex nō eē. Addit aūt q̄si per modū epi
logi q̄ dictū est p̄us q̄d sit mot⁹: q2 est act⁹ mobilis
et est in eo sicut in sbto. spēs aūt .i. forma et locus et
passiōes nō sunt ipsa mobilia nec sunt sbm mot⁹. ꝫ
sunt termini mot⁹ et sunt ea in que alia mouent. ta-
lia aūt que sunt termini mot⁹. ut scia et calor et que-
cūq3 alia q̄ acqrūtur per motū sunt imobilia: q2 nō
sunt sbm mot⁹: ꝫ termini mot⁹. ¶ Notādū aūt q̄
accipit hic moueri et pati large. f̄m q̄ etiā q̄ talia se ex
tēdūt ad ipsa itellectualia dicimus eni q̄ itellect⁹
mouet a fantasmatib⁹. sbm g̃ h⁹ mot⁹ est itellectus
possibilis. id aūt qd̄ sic acqrit per talē motū et qd̄
terminat ipm̄ est cognitio et scia sciētia g̃ nō est id
qd̄ mouet f3 h⁹ motū ꝫ ē id qd̄ terminat talē mo
tū. quō aūt calor siue forma caloris nō sit id quod
mouet: ꝫ sit termin⁹ mot⁹ nō hēt dubiū. ¶ Dubita
ret forte aliqs utrū mot⁹ recipiat spēz et denoīatio-
nē a forma ad quā uadit siue termio ad quē: et vi aūt
q̄ nō. spēs eni vniuscuiusq3 accipiēda est ex nā rei
siue ex diffōne ei⁹. cū ergo mot⁹ nō diffinit per cō
paratione ad formā ad quā uadit: ꝫ per cōparatio
nē ad mobile: q2 est act⁹ mobilis. vi q̄ mot⁹ nō acci
piat spēm a forma in quā uadit ꝫ a mobili. ¶ Am-
plius ad h̄ idē vi facere qd̄ dicebat in 4°. si enī3 de
rōne mot⁹ est facē distare cū faciat distare a termi-
no a quo: q2 illū tollit et faciat appropiqre ad ter-
minū ad quē: q2 illud inducit. vi q̄ magis mot⁹ re-
cipiat spēz a termino a quo q̄ꝫ a termino ad quē cū
magis ꝑp̄e cōpetat ei corrūpere et facē distare q̄ꝫ
appropinqre et gñare. Dicēdū q̄ mot⁹ ex quacūq3
pte accipiat nō est in gñe per se ꝫ per reductionē.
mot⁹ enī ut supra dicebat per se et f̄m se accept⁹ fa-
cit distare et corrūpit et p̄uat: ꝫ ut est specificat⁹ per
agēs: et ut est organū agētis sic facit appropiqre
et gñat. nā ut dicebat nō pōt itelligi q̄ aer trāsmu
tet s̄baliter nisi icipiat distare a nā in qua est et nisi
icipiat corrūpi. Sed q̄ ex tali trāsmutatiōe gene-
ret ignis uel aq̄ uel aliqd̄ aliud h̄ nō cōpetit trāns-
mutationi s̄bali aeris f̄m q̄ h⁹. sed hoc cōpetit ei
ꝑut dicta trāsmutatio specificat et determinat per
aliqd̄ agens ꝑp̄ hoc f̄m q̄ aer trāsmutat ab alio et
alio agēte. sic gñat inde aliud et aliud: ut ꝑut trās-
mutat ab igne fit ignis ꝑut ab aq̄ fit aqua. ꝑut vō
trāsmutat ab alio fit aliud. Si g̃ cōparet mot⁹ ad
terminū a quo quē p̄uat et corrūpit. sic nō est in ge
nere per se ꝫ per reductionē: q2 sic nō dicit aliquā
nāz positiue sed p̄uatiue. p̄uationes aūt et negatio
nes in gñe per se et directe esse nō pñt. Si vō cōpa
ret ad terminū ad quē: sic ē est in genere per redu
ctiōez. Nā l3 mot⁹ sit q̄dā pticipatio forme ad quā
uadit. nō tñ ex hoc hēt q̄ sit per se et directe in gñe:
q2 talis non est talis pticipatio: nec cōpetit ei hēre
habitudinē ad terminū ad quē uadit: nisi ut est or-
ganū agētis et ut specificat et determinat p agēs.
Rursus si ꝯsiderat f̄m se ut est q̄dā act⁹ incōpletus
adhuc nō est per se et directe in gñe: q2 incōpleta
f̄m q̄ h⁹ sunt: sunt in genere per reductionē: vnde
ꝯ¹ᵒʳ supra p̄ᵐ celi et mundi. vult motū ꝑp̄ie nō eē
per se et ꝑp̄ie nec in genere s̄be: nec ē in genere ali
cui⁹ accñtis: ꝫ eē viā3 ad illa. an eni q̄ oīa existētia:
aut sūt s̄be: aut accñtia: aut via ad eē istoꝝ: et ut sub
dit h⁹ vie sunt mot⁹ et alie transmutatio. l3 g̃ mot⁹
q̄cūq3 mō accept⁹ nō sit in genere directe. et l3 ma
gis cōpetat ei p̄uare et corrūpere q̄ꝫ gñare. tñ q2

vnūqdq3 magis reponit in genere per id qd̄ dicit
positiue: q̄ꝫ per id qd̄ dicit p̄uatiue: mot⁹ magis po
nit in gñe et in spē per terminū ad quē respectu cu-
ius dicit aliqd positiue q̄ꝫ per terminū a quo respe
ctu cui⁹ dicit aliqd p̄uatiue. bñ dictū est g̃ q̄ mot⁹
est in eodē genere: et ē in eadē spē cū reb⁹ ad quas
est mot⁹. et ē bñ dictū est q̄ mot⁹ recipit spēz et de-
noīationē a termino ad quē. Qd̄ vō obijciebat q̄
mot⁹ diffinit per cōparatione ad mobile nō per cō
paratione ad formā ad quā uadit. Dicēdum q̄ in
diffōne mot⁹ ponit utraq3 habitudo. ponit eni ibi
habitudo ad formā: q2 est act⁹. et ponit ibi habitu-
do ad mobile: q2 nō est glibet act⁹ sed act⁹ mobilis
eiꝫ g̃ nō sit act⁹ nisi per habitudinē quā hēt ad for-
mā: in diffōne mot⁹ magis ponit in recto habitudo
ad formam q̄ꝫ habitudo ad mobile. magis est er-
go mot⁹ in eodē gñe cū forma ad quā uadit q̄ꝫ cū
mobili in quo existit. Qd̄ vō addebat q̄ de rōne
mot⁹ est facē distare solutū est per iā dicta: q2 ut di
cebat et si motui magis cōpetat corrūpere q̄ꝫ gña-
re: vnūqdq3 tñ magis reponit in genere uel in spē
per id qd̄ dicit positiue q̄ꝫ per id qd̄ dicit p̄uatiue.
¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs utrū corruptio re-
cipiat spēz et denoīationē a nō eē. vi q̄ nō. Nā3 ut
dicebat l3 mot⁹ magis hēat p̄uare et corrūpere q̄ꝫ
generare. magis tñ est in eodē genere cū forma ad
quā uadit et inducit q̄ꝫ cū forma a q̄ icipit et quā pri
uat. q2 vnūqdq3 magis reponit in genere per id qd̄
dicit positiue q̄ꝫ priuatiue. g̃ a sili l3 corruptio ma-
gis dicat nō eē q̄ꝫ eē. nō tñ reponeret in eodē gene
re cū nō eē et cū p̄uatiōe. ꝫ cū eē qd̄ dicit aliqd po
sitiue. Dicēdū q̄ aliud est q̄rere a quo denoīat ali-
quid et in quo genere uel in qua spē reponit illud.
Si ergo q̄rat a quo denoīat corruptio cū iustū sit
oīa appellari et denoīari a fine: ut dī in 2° de aia. co
ipo q̄ corruptio terminat ad nō eē et nō eē est finis
corruptiōis: ut accipiam⁹ finez pro omni eo qd̄ hēt
rōnē termini dignū est ipsaz corruptionē denoīari
a nō eē. Sed si querat utrū corruptio sit in genere
nō entis. dicēdū q̄ nō entis nō sunt spēs neq3 oīe
Nō entia em̄ f̄m q̄ h⁹ et directe nō sunt in genere
nec sunt gña alioꝝ. Sed talia sunt solū in genere p
reductionē. p̄uatio ergo quantūcūq3 sit eēnnaliter
q̄d p̄uatiuū est tñ in eodē genere cū habitu et nō eē
et negatiōes reducunt ad illud genus in quo hñt
eē ipse affirmationes. ex h̄ aūt magis inotescit qd̄
p̄missa. vz q̄ mot⁹ nō collocat in genere neq3 in spē
ut dicit quid p̄uatiue. sed ut dicit q̄d positiue. nos
ergo aūt p̄bā q̄ corruptio sit in genere nō entia: q2
nō ens nō est genus: ut dictū est. et nō entis nō sunt
spēs neq3 dīe: ꝫ aūt q̄ denoīat a nō eē. pōt eni de-
noīari aliqd a p̄uatiōe. l3 ipsa p̄uatio nō sit genus
alioꝝ. nec f̄m q̄ h⁹ sit directe in genere: sed solum
sit in genere per reductionem: q2 reducitur ad ge-
nus in quo est suus habitus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et dubitabit aliquis si passiones motus
sunt. Albedo autem passio est. Erit enim
in motu mutatio. Et fortassis non est al-
bedo motus: sed albatio.

¶ Monet q̄dā dubitationem circa p̄missa. d. q̄ du-
bitabit aliqs si mot⁹ sunt passiones .i. si mot⁹ sunt ip
se forme: et nō subdit q̄ albedo q̄dā passione. est ergo
qd̄ utrū mot⁹ ad albedinē sit ipsa albedo uel mot⁹
ad aliquā ꝑprietatē uel ad aliquā passionē sit ipsa

ꝓprietas uel ipsa passio. Sed ꝙ motus nõ sit forma pꝫ: qꝛ si motus est ipsa forma erit mot⁹ uel mutatio in motū ⁊ terminabit motus ad motū cū terminet mot⁹ ad formā. Ideo subdit ꝙ fortassis motus non est albedo nec est forma, sed est albatio ⁊ via in formā. ℂ Notandū aūt ꝙ dicit fortassis: qꝛ ut cōmuniter ponit nōdum manifestū est motū nō est esse formam: quia motus non terminat ad motum sed ad formam. erit ergo hoc in sequentibus manifestum. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ **Est aūt ⁊ in illis ⁊ qđ est ꝭm accñs: ⁊ qđ est ꝭm ptē: ⁊ ꝭm aliud: ⁊ quod primo est: ⁊ nō ꝭm aliud: ut quod fit albuꝫ: in id quod intelligit: mutat ꝭm accidēs. Colori enim accidit intelligi: in colorē aūt qꝛ pars albū coloris est ⁊ in europam: qꝛ pars europe athene sunt. In albū aūt colorez per se.**

ℂ Ostēso quō inuenit per se ⁊ per accñs ⁊ per ptes i mobilib⁹ ⁊ in mouētib⁹. ostēdit quō inueniunt talia in ipsis terminis. d. ꝙ nullis. i. in terminis motus est aliqd qđ est ꝭm accñs ⁊ qđ est ꝭm ptē ⁊ ꝭm aliud. 3° est ibi quod est primo ⁊ non ꝭm aliud: ut id qđ fit albuꝫ ꝭm accñs mutat in id qđ itelligit. i. in aliqd intelligibile. accidit enim colori albo intelligi. i. eē qd intelligibile. Qđ ergo mutat in albuꝫ mutat in reꝫ intelligibilē per accñs. Sed mutat in colorē per ptē: qꝛ albū est pars coloris. sic etiā qui uadit in athenas uadit in europā per pteꝫ: qꝛ athene sunt pars europe: sed ꝙ fit albū lꝫ mutet in colorē gñaliter ⁊ simpliciter sumptū per ptē in rem intelligibilē per accidēs: in colorē isti albū mutat per se. ℂ Dubitaret forte aliqs: qꝛ videt eē falsuꝫ ꝙ colori accidit intelligi ⁊ ꝙ colori albo accidat esse qd itelligibile. per se eniꝫ est ꝙ qcqd habet rōnē entis habet rōnē itelligibilis. Dicēdū ꝙ aliqd eē per accidēs pōt intelligi dupl'r uel simpliciter ⁊ absolute: uel respectu alicui⁹ attributi. eē eniꝫ intelligibile per se ⁊ simpliciter nō accidit albo: tñ put albū stat sub isto attributo qđ est termin⁹ trāsmutationis accidit ei esse qd intelligibile: qꝛ nō trāsmutat aliqd in albū ut est qd intelligibile: sed ut est qd sensibile ut enim diximus in elenchis cū determinauimus de fallacia accñtis si accipiat accñs respectu tertij attributi ꝭm quē modū peccat fallacia accñtis. superiora pñt accidere īferiorib⁹ ⁊ inferiora superioribus ⁊ equalia eqlibus ⁊ quodāmodo oia oibus: ut eniꝫ hō stat sub isto attributo spēs accidit sibi ⁊ est extraneuꝫ ab eo ꝙ sit spēs uel ꝙ pdicet de sorte uel ꝙ sit risibile uel ꝙ hēat habitudineꝫ ad cetera talia: qꝛ nō est spēs ut habet habitudinē ad ista. sic si ex nigro fit albū albo ut est terminus dicte mutationi accidit ⁊ extraneū est ab eo ꝙ sit color uel ꝙ sit qd itelligibile: quia nō est hm terminus ut est talis. sed ut est ꝯtrarium nigro. ℂ Deinde cuꝫ dicit.

ℂ **Quō qdē igit per se mouet: quō ꝭm accidēs: ⁊ quō ꝭm aliud aliqd: ⁊ quō ipsum pmū in mouēte: ⁊ in eo quod mouet manifestuꝫ est: ⁊ ꝙ mot⁹ nō in specie: ꝫ in eo qđ mouet ⁊ mobili ꝭm actū sit. Secūduꝫ qdem igit accidens mutatio dimittat. In oibus enim est ⁊ semp ⁊ omniuꝫ. Quod uo non ꝭm accidens est: nō est in oibus: ꝫ in ꝯtrarijs ⁊ medijs ⁊ in ꝯtradictione.**

ℂ Ostenso quō repit per se ⁊ per accñs in motu. hic ostēdit dimittendū esse qđ est per accidens. Circa qđ duo facit: qꝛ pmo facit qđ dictum est. 2° quod dū qđ supposuerat ꝓbat inductiue ibi Huius aūt fides. Dicit ergo quō mouet aliquid per se ⁊ quō per accidēs: ⁊ quō ꝭm aliqd aliud ut ꝭm partes: ⁊ quō repit ipsum qđ est esse pmū ⁊ etiā qđ est esse supple per accidēs tam in mouēte ꝙ̄ in eo qđ mouet. i. i mobili. manifestū est per iam dicta ⁊ etiam manifestū est quō motus nō est in specie siue in forma ⁊ in termino motus tanꝙ̄ in sbto: sed motus ut in subiecto. est in eo qđ mouet ⁊ in mobili cuꝫ ꝭm actū sit. motus eniꝫ est actus mobilis. cū ergo mobile est in suo actu ⁊ est in motu. tūc motus est in eo tanꝙ̄ in subiecto. cuꝫ ergo repiat in motu per se ⁊ per accidēs ex pte mobilis ⁊ ex pte mouentis: ⁊ etiā ex pte ipsoꝝ terminoꝝ. mutatio qdem igit ꝭm accidēs dimittat ⁊ accipiat supple mutatio per se. est enim dimittendū qđ est per accidēs: qꝛ est in oibus ⁊ semp ⁊ in omni. i. est qd indeterminatū. mutatio vo que nō est ꝭm accidēs nō est in oibus nec est quid indeterminatū. sed est in ꝯrijs ⁊ medijs ⁊ in cōtradictione. ℂ Notādum aūt ꝙ mutatio per accidēs dicit esse in oibus ⁊ semp: qꝛ semp ⁊ indifferēter ⁊ ex quolibet pōt fieri qđlibet per accidēs. per accñs enim albū pōt fieri ex dulci ⁊ amaro ex musico ⁊ grāmatico ⁊ ex quolibet. sed per se albū nō fit nisi ex aliq determinato: ut ex nō albo ⁊ non ex qlibet nō albo: sed ex nigro ⁊ ex medio colore. Cū ergo indeterminata nō cadūt sub rōne nec sub arte que sunt per accñs sunt dimittēda. ℂ Notandū etiā ꝙ motuꝫ fit ex ꝯrio uel ex medio. Sed mutatio fit ex priuatione uel ex ꝯdictione: ut infra patebit. Ideo accipiēdo trāsmutationeꝫ large ad mutationē ⁊ motū dicit transmutatio fieri uel ex ꝯtrarijs uel ex medijs uel ex ꝯtradictione. quō autē fit aliquid ex forma uel ex priuatione: uel quomodo aliquid fieri cōtingit ex ꝯtrario uel medio: uel etiā ex ꝯtradictorio fiat per se te talis factio: ⁊ quomodo non fit per se talis factio in pmo libro fuit sufficienter ostensum. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ **Huius aūt fides ex inductiōe est. Ex medio aūt mutat: utit eni ipso: sicut quod est ꝯrīū ad utrūqꝫ. Eteni q̄dāmodo mediū ultima: vnde ⁊ hoc ad illa ⁊ illa ad hoc quodāmodo dicunt ꝯria: ut uox media: grauis ad ultimā: subtilis ad extremaꝫ: ⁊ fuscū album ad nigrū: ⁊ nigrū ad albuꝫ.**

ℂ Probat inductiue qđ supposuerat. vꝫ ꝙ nō soluꝫ ex contrario. sed etiaꝫ ex medio possit fieri trāsmutatio: vnde ait ꝙ fides huius. s. ꝙ fiat trāsmutatio ex medio talis fides est ex inductiōe. ex medio qdē aliqd mutat uel mutat ut habet alia lrā: qꝛ utit ipso medio qđ est sicut ꝯtrariū ad utrūqꝫ. contrarioꝝ enim est quodāmodo mediū ultima. i. extrema vnde mediū est hō ad illa ⁊ illa ad hō. Nam mediū respectu vnius extremi est aliud extremū: ut pallidū respectu nigri est albū respectu albi est nigrū: ideo subdit ꝙ quodāmodo de medio dicuntur ꝯtraria ut media uox est grauis ⁊ subtilis. Sed grauis est

cōparata ad uocē ultimā.s.ad subtilem: & subtilis est cōparata ad uocē extremā.i.ad grauez: & fuscū est albū cōparatū ad nigrū: & est nigrum cōparatū ad albū.ex medio ergo pōt fieri trāsmutatio in cōtrariū.q: medium cōparatū ad vnū ɔtrariū habet rationez alterius ɔtrarij.ex inductione ergo patet q̄ potest aliquid transmutari ex medio: quia trāsmutari ex medio est quodāmodo transmutari ex contrario. Lectio.II.

Quoniā aūt ois mutatio est a quodā & in qddā: manifestat enā unqȝ nomē: post aliud eni aliqd: & aliud qdē prius: aliud aūt mōstrat posteri⁹: & mutabit mutās quadriphariē. Aut enim ex subiecto in subiectū: aut ex subiecto in nō subiectū: aut ex nō subiecto in subiectuz: aut ex nō subiecto in non subiectū. Dico aūt subiectum affirmatione monstratuz.

Ostenso q̄ mutatio per accidēs dimittenda est: in parte ista determinat de mutatione per se diuidendo eā in suas species. Ad cuius euidētiā sciēdū q̄ si mutatio accipiat large ut includit motum. sic mutatio tripliciter diuidit.s.in generationē & corruptionē & motū. rursus motus triphariā diuidit motus eniz ,pprie sumptus nō habet esse in substātia: sed in qualitate quātitate & ubi. nō ḡ erūt species motus generatio & corruptio. Sed augmentatio uel diminutio alteratio uel loci mutatio. duo ergo facit: q: primo diuidit mutationē in suas spēs. secūdo diuidit ipsum motū ibi[Si igit̄ p̄dicamenta.] Circa primū duo facit: q: pri[m]o ostēdit quot modis potest aliqd itel igi mutari. scdo ex his que dixerat concludit tres esse species mutationis ibi [Quare necesse est.] Dicit ergo q̄ oīs mutatio est a quodaz in quoddā manifestat unqȝ h̄ nomen.i. per hoc nomē ipsius mutationis. ipsum eni nomē mutationis designat q̄ sit aliud post aliud ipa mutatio mōstrans q̄ sit aliud quidē. primū aliud posterius: q: ergo sic est mutās mutabit uel mutabit̄ ut habet alia lr̄a quadriphariē. aut enim h̄ erit ex subiecto in s̄bm in nō subiectū: aut existēs subiecto in subiectū: aut ex s̄bto: aut ex non subiecto in non subiectū. addit autē dico.i. expono subiectū id qd̄ est ex affirmatione mōstratū. Notādum aūt q̄ q̄diu mouet aliqd eodē modo nō dicitur mutari. sed qn̄ est prius vno modo et posterius alio modo & habet in se diuersitatē: tūc cōpetit ei mutari. ipsuz ergo nomē mutationis ostēdit q̄ nomini mutato sit dare aliud qdez prius & aliud ꝟo posterius. Dubitaret forte aliqs: vnde sequit̄ h̄ ɔsītia q̄ si nomē mutationis iportat diuersitatē quādā: & dicit aliud post aliud q̄ ex hoc mutatio quadrupliciter sumi possit ut in lr̄a dicit̄. Dicendū q̄ alietas & diuersitas sumit̄ ex actu uel ex p̄uatiōe actus siue sumit̄ ex forma & ex p̄uatione forme. In pura eniz potētia s̄m q̄ h⁹ non est distinctio. iuxta illud. xi° Meth. in fundamēto nature.i. in p̄ma mā & in prima potētialitate nō est aliqd distinctū. oīs ergo distinctio uel sumit̄ ex forma: ut h̄ est diuersum ab illo: q: habet aliam formā: uel sumit ex p̄uatione: ut dicat̄ hoc eē diuersuz ab alio: q: p̄uatur aliquo nō p̄uat̄ aliqd. Si igit̄ sic est oīs mutatio & oīs diuersificatio erit quadriphariā: q: ul' erit ex s̄bto in subiectū.i. ex forma in formā: ul' erit ex subiecto in nō s̄bm in s̄bm.i. ex p̄uatiōe in formā: ul' ex nō s̄bto ex forma in p̄uatione: uel ex nō s̄bto in nō s̄bm.i. ex p̄uatione in p̄uationē. Nā ut dī xi° meth. dīia est inter s̄bm & nō s̄bm. nō eni dicit qd solū in potētia & est uel existit magis negatiue q̄ affirmatiue: q: qd̄ est solū in potētia magis nō est q̄ sit. s̄bm ꝟo dicit aliqd i actu & dicit aliqd affirmatiue. dicit eni aliqd exn̄s & aliqd formatū forma per s̄bm. ḡ itelligēdū est q̄ aliqd affirmatū & aliqd in actu siue aliqd exn̄s sub forma. per nō s̄bm ꝟo itelligēdū est aliqd negatū & p̄uatū existēs sub p̄uatiōe. bn̄ igit̄ dicitū est q̄ quadriphariā pōt itelligi eē diuersificatio uel mutatio q: ut patuit s̄m p̄uationē & formā q̄druplicit ecpōt accipi termini mutationum. Deinde cum dicit.

Quare necesse est ex his que dicta sunt tres esse mutationes. s. ex subiecto in subiectum: & ex subiecto in non subiectuz: & ex non subiecto in subiectum. Que enim est ex non subiecto in non subiectum: nō est mutatio: propter hoc q̄ nō est s̄m cōtrapositionem. Neqȝ enim cōtraria neqȝ contradictio est.

Quia dixerat 4°r eē mōs mutationū cū vn⁹ illorū modoȝ sit dīao per accn̄s & iproprī⁹. vȝ cū dicam⁹ aliqd mutari ex nō s̄bto in nō s̄bm siue ex p̄uatione in p̄uationē. ideo ɔcludit tres eē spēs mutationuz circa qd̄ facit duo: q: p̄ ait tres eē mutatiōes.: ° determinat de vnaquaqȝ illaȝ mutationuz. 2° ibi [ex nō s̄bto qdē.] Dicit ergo q̄re necesse est ex his que dicta sunt accipiēdo mutationē per se tres eē mutatiōes. s. in s̄bto.i. ex s̄bto in s̄bm.i. ex forma in formaz & ex s̄bto in nō s̄bm.i. ex forma in p̄uationē. & ex nō s̄bto in s̄bm.i. ex p̄uatione in formam. sic ergo supplēdū est: q: ex nō s̄bto in nō s̄bm siue ex p̄uatione in p̄uationē ,ppter nō est mutatio. que aūt eā est q̄ ex nō s̄bto in nō s̄bm.i. ex p̄uatione in p̄uationē nō est mutatio ,ppter h̄ qd̄ nō est s̄m ɔtrapositionē.i. q: nō est ibi ɔtrapositio uel oppō. neqȝ enim est ibi ɔ̄dictio neqȝ e st ɔ̄ria p̄uatio p̄uationi. Notādū aūt q̄ q: ph̄s nō intēdit determinare nisi de mutationib⁹ per se ut supius dicebat̄. ideo lȝ quo[r] sint modi mutationū. si iter mutatiōes uellemus cōputare mutationē per accn̄s. tn̄ nō sunt nisi tres mutatiōes. si uellem⁹ accipe mutatiōes per se. Nā ut statim declarabit̄ mutatio ex nō s̄bto in non s̄bm & ex p̄uatione in p̄uationē nō est per se: sȝ per accn̄s. Dubitaret forte aliqs: quare ex nō s̄biecto in nō s̄bm nō dī esse mutatio. si eniz itelligat̄ q̄ talis mutatio nullo mō est mutatio nec per se nec per accn̄s est locutio falsa. Nā cū albū sit nō nigrū & nigrum sit nō albū qd̄ mutat̄ ex albo in nigruz per accidēs mutat̄ ex nō nigro in nō albū. Si ꝟo intelligat h⁹ mutationē nō eē mutationē: q: nō est mutatio per se sȝ per accn̄s. sic etiā mutatio ex forma in formā uel ex forma in p̄uationē uel econuerso semp vī eē per accn̄s. Nā ut in p̄ libro tāgebat̄ ex ente in potētia fit aliqd per se. Sȝ ex forma & p̄uatiōe fit aliqd per accn̄s: quare qua rōne mutatio ex p̄uatione in p̄uationē dī eē nō mutatio: q: est per accn̄s pari rōne mutari ex forma in formā. & ét alij modi mutationū assignari nō debēt dici mutatiōes: q: fiunt qd

per accñs. Dicendũ ꝙ fieri aliqd ex foꝛa vel ex puatione põt itelligi dupl'r. vel tanq̃ ex subo motꝰ vl' tanq̃ ex t'mino motꝰ: sȝ si accipiat' h' eẽ tanq̃ ex subo mutationis ꝛ motꝰ tũc ex foꝛa ꝛ ex puatione fit aliqd per accñs: qꝛ motꝰ ꝛ puatio ut in subo sũt in ente in potẽtia ut i moͭ. Nõ aũt sũt in foꝛa uel in puatione. forma eni ꝛ puatio nõ sũt illð in quo est motꝰ ꝛ mutatio ut in pcedẽti lectione dicebat'. sed si accipiat' aliqd fieri ex aliq̃ nõ tanq̃ ex subiecto mutationis ꝛ motꝰ sed tanq̃ ex termino: sic ex forma ꝛ puatione fit aliqd per se: qꝛ forma ꝛ puatio per se pñt esse termini mutationũ ꝛ motuũ mutari. ergo ex foꝛa in formã uel ex forma in puationẽ uel ex puatione in formaȝ est mutari per se: si li ex ipoꝛtet habitudineȝ nõ eiꝰ qð subijcit' in motu. sed eiꝰ qð est terminus motꝰ. per se eni est ꝙ mutatio sũpta large ut icludit motuȝ uel incipiat a foꝛa ꝛ terminet' in formã: uel icipiat a foꝛa ꝛ terminet' in puationẽ uel a puatione ꝛ terminet' in formaȝ. Qð aũt incipiat a puatione ꝛ terminet' in puationẽ que est oĩo per accñs: cũ motꝰ ꝛ ul'ter mutatio per se reqiat terminos differẽtes nunq̃ sunt p se termini motꝰ uel mutationis: qꝛ possunt in ideȝ coincidere. Zria ḡ ut forma ꝛ foꝛa cuiusmodi sũt albũ ꝛ nigrũ uel ẽt alia Zria. sic etiaȝ Zdictoria ut forma ꝛ priuatio cuiusmodi sũt albũ ꝛ nõ album ꝛ nigrũ ꝛ nõ nigrũ ꝛ cetera talia possunt esse termini motus per se uel mutationis: qꝛ nõ possunt in idẽ coincidere. priuatio nõ ꝛ puatio per se huiꝰ termini nõ sũt: qꝛ possunt in idẽ coincidere. idem eni põt esse nõ albũ ꝛ nõ nigrũ uel nõ albũ ꝛ nõ pallidũ ut ḡ pħs ostẽderet ꝙ priuatio cũ priuatiõe possit in idẽ coincidere ꝛ ꝙ nõ sunt per se termini motus ait ꝙ inter ea nõ est Zrietas nec Zdictio. puatio eni puationi p se loquẽdo nõ Zdicit nec Zriat' qre possunt talia in idẽ coincidere ꝛ nõ sunt per se termini motꝰ. pter qð mutari ex puatione in priuationem uel ex nõ subiecto in non subiectum nullo modo est mutatio per se sed per accidens. Si ergo relinquẽdũ est quod est per accñs huiusmodi trãsmutatio iter mutationes cõputari nõ debet. ℂ Deinde cũ dicit.

ℂ **Ex nõ subiecto qdẽ igit' in subiectũ mutatio fm Zdictionẽ gñatio est. Alia quidẽ simpl'r simplex. Alia vo quedã cuiusdã: ut ex nõ albo in albũ: gñatio qdẽ huiusmodi est. Que vo ex non esse simpl'r in substãtiã est: gñatio simpl'r est: fȝ quã fieri ꝛ nõ fieri simpl'r dicimus.**

ℂ Omissa mutatiõe per accñs que est ex nõ subo in nõ subm uel ex puatione in puationẽ exequit' de alijs trībꝰ mutationibꝰ. ℂ Ad cuiꝰ euidẽtiã sciẽdũ ꝙ hay termini mutationũ de qbꝰ imẽdit exequi due attendunt' fm oppositionẽ Zdictoriã. 3ª vo attendit' fm oppositionẽ Zriã. mutari eni ex nõ subiecto in subiectũ ꝛ ex sbto in nõ subiectũ siue mutari ex puatione in formã ꝛ ex forma in puationẽ dicit oppositionẽ Zdictoriã. sed mutari ex foꝛa in formã ut ex albo in nigrũ dicit oppositionẽ Zriaȝ. duo ḡ facit: qꝛ p determinat de mutatione fm oppositionẽ Zdictoriã. 2º determinat de mutatiõe fȝ oppositionẽ Zriã ibi [qm̃ aũt motꝰ.] Circa pmuȝ duo facit: qꝛ p ostẽdit duas eẽ hꝰ mutatiões sũptas fm oppositionẽ Zdictoriã. 2º declarat nullã talem mutationẽ esse motũ ibi [Si igit' qð nõ est.] Circa pm̃ duo facit fȝ ꝙ sunt due mutatiões accepte fm Zdictionẽ. p eni determinat de mutatione ex nõ sbto in subiectũ que dr̃ gñatio. 2º de mutatione ex sbto in nõ subiectũ que dr̃ corruptio ibi [Que vo ex sbto.] Dicit ḡ ꝙ mutatio fm Zdictionẽ que est ex nõ sbto in subiectũ. i. ex negatiõe in affirmationẽ ꝛ ex puatiõe in formã talis mutatio gñatio est ꝛ hꝰ mutatio alia qdẽ ẽ simpl'r ꝛ simplex. Alia vo est quedã ꝛ cuiusdã ut gñatio accñtis que est ex nõ albo in albũ. est quidem generatio hꝰ idest generatio quedã uel cuiusdam sed generatio que est ex nõ eẽ simpliciter ut generatio in substãtiam est generatio simpl'r fm quam generationem substãtialeȝ dicimus aliqd fieri ꝛ nõ fieri simpliciter. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ **Que vo ex subiecto in nõ subiectũ corruptio est. Simpl'r qdẽ que ex substantia in nõ esse est. Quedã aũt est que est in oppositã negationẽ: sicut dictũ ẽ i gñatiõe.**

ℂ Determinat de mutatione ex sbto in nõ subiectuȝ que dr̃ corruptio dicẽs ꝙ mutatio que est ex sbto in nõ subiectũ. i. ex foꝛa in puationẽ uel ex affirmatiõe in negationẽ talis mutatio corruptio est ꝛ hꝰ mutatio simpl'r qdẽ est ex substãtia in nõ esse simpliciter. fȝ nũc est mutatio qdã ul' corruptio qdam que nõ est in nõ eẽ simpl'r. sed que est in negationẽ oppositã. i. in negationẽ qlẽcũq; ut est negatio in formis accñtalibꝰ. mutatio eni ex albo in nõ albũ uel ex alia forma accñtali in eiꝰ negationeȝ nõ est corruptio simpl'r sed quedã. sic enim dicẽdum est de corruptiõe sicut etiã dictũ est in gñatione. Nã sicut gñatio simpl'r est generatio quedã: sic est corruptio simpl'r ꝛ quedã corruptio. Quð aũt distinguunt' gñationes ꝛ corruptiones ut accipiuntur simpl'r ꝛ nõ simpl'r in secundo de generatione satis ostendimus. ℂ Deinde cũ dicit.

ℂ **Si igit' qð non est: dicit' multipl'r: ꝛ neq; quod est fm cõpositionẽ aut diuisionem cõtingit moueri: neq; quod est fm potẽtiã: ꝙ ei quod est simpl'r fm actũ oppositum est. Hoc q dẽ enim nõ albũ: aut nõ bonum: tamen cõtingit moueri fm accidens. Erit enim homo non albus.**

ℂ Ostẽdit hꝰ mutatiões que accipiunt' fm oppositionẽ Zdictoriã nõ esse motꝰ sed mutationes solũ. Circa qð duo facit fm ꝙ due sunt tales mutationes gñatio s. ꝛ corruptio. p ergo ostẽdit ꝙ gñatio nõ est motꝰ. secũdo ostẽdit h' idem de corruptione ibi [neq; tam corruptio motꝰ est.] gñatio autẽ est mutatio ex nõ esse in esse. Ne ergo laboret in equiuoco. pmo ostẽdit quð ꝛ quot modis accipit' non ens. 2º ex his que dixerat arguit gñationẽ non eẽ motum ibi [Qð aũt simpl'r.] Dicit ergo ꝙ si qð nõ est dr̃ simpl'r. eẽ cui ꝛ nõ esse simpl'r põt sumi ꝛ fm duas acceptiones nõ põt esse motus fm eẽ ꝛ nõ esse. sed fm tertiã acceptionẽ põt ibi esse motꝰ. ideo ait ꝙ neq; qð est uel qð nõ est fm cõpositionem ꝛ diuisionẽ. i. fm ppositionẽ affirmatiuã ul'

negatiuã ɔtingit moueri neqꝫ ẽt ɔtingit moueri id qđ est ẜm potẽtiã qđ est oppositũ ei qđ est ẜꝫ actũ simpl'r. sed hoc qđ est ẜm eẽ accñtale ut qđ nõ est albũ: aut qđ nõ est bonũ tale qđ nõ est ɔtingit moueri p accñs: q: tale nõ ens accidit alicui enti. ¶ Nã qđ nõ est albũ uel qui nõ est alb' erit tñ homo uel erit aliqđ aliđ ens. tale ergo nõ ens rõne entis cui accidit moueri poterit ¶ Notãdũ aũt q eẽ ⁊ nõ esse tripl'r põt sumi. vno mõ põt sumi esse ut nõ dicit esse reale: sꝫ ut dicit habitudinẽ pdicati ad subiectũ ut cũ dicim' chimera est opinabilis. nõ eni ex hoc possumus iferre q chimera sit. ibi eni esse nõ dicit esse reale. sed solum dicit quãdã habitudinẽ pdicati ad subm. sic ergo acceptũ esse ul' nõ esse nõ dicit nisi vitatẽ uel falsitatẽ cõpositionis ⁊ diuisionis siue affirmationis ⁊ negationis. cũ ĝ ueꝝ ⁊ falsũ sunt in aĩa tale esse ⁊ nõ esse magis se tenet ex pte itellectus q̃ ex pte rei. Alio mõ põt accipi esse uel nõ eẽ ut dicit qđ reale ⁊ hoc est dupl'r. q: uel accipiunt in subalib' ⁊ accidẽtalib'. Si in substãtialib' tunc esse sic acceptũ dicit actum simpl'r. nõ esse vo dicit potẽtiã simpl'r. ul' dicit potẽtiã oppositã actui simpliciter. qđ enim nõ est actu substãtia ẜm q est huiusmodi simpl'r est nõ ens. Sed si accipiat eẽ ⁊ nõ esse ẜm accidẽtalia sic esse nõ dicit actũ simpl'r sed quẽdam nõ esse dicit potẽtiam simpl'r. Qđ enim subijcit forme accidẽtali nõ est in potentia simpl'r sed dicit aliqđ in actu. puatio ergo forme accñtalis ut puatio albi fundat in aliq̃ ente in actu ut est homo uel leo ul' aliqđ aliud ens in actu qđ non est albũ in quo puatio albi fundat. est ergo intẽtio phi q ex nõ esse in esse nõ est mot'. Si accipiat nõ esse ẜm cõpositionẽ ⁊ diuisionẽ siue ẜm habitudinẽ predicati ad subm: q: talia se tenẽt ex parte mẽtis siue ex parte itellect' ẜm quẽ modũ nõ hẽt esse motus. Rursus nõ est motus ex non esse in esse. si accipiat nõ esse in subalibus ẜꝫ quẽ modũ nõ esse opponit actui simpl'r ⁊ dicit porã potẽtiã: q: pura potentia nõ põt esse subm mot'. Sed si accipiat nõ esse tertio mõ, put repit in accidẽtalib' sic ex nõ esse in esse põt esse mot': q: nõ esse sic sumptũ nõ opponit actui simpl'r nec dicit potẽtiã simpl'r. Sꝫ tale ens ⁊ talis puatio fundat in aliquo ente in actu rõne cuius põt ibi esse motus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ponit tertiā rationē dicēs q̄ vnusqsqȝ mot⁹ dr̄ .i. magis denominat̄ ꝛ magis suscipit spēm ex eo in qd̄ mutat̄ q̄ȝ ex eo a quo mutat̄: ut sanatio est motus in sanitatē a q̄ denomiat̄ ꝛ egrotatio est mot⁹ in egritudinē a qua etiaȝ denominat̄. ergo vis huius tertie rōnis q̄ cōtrarietas in motib⁹ accipienda est magis ex terminis ex quib⁹ mot⁹ recipiunt denominationē ꝛ spēȝ q̄ȝ ex quib⁹ nō recipiūt: sed huiusmodi sūt termini ad quos nō termini ex quibus ergo ꝛc̄. ¶ Notādū aūt q̄ vult cōtrarietateȝ in motib⁹ magis accipiēdā eē ex terminis ad q̄s q̄ȝ ex qb⁹. nā lȝ ɔ̄rietas mutationū accipi possit ex solis terminis ad quos tñ ut in ꝓsequēdo patebit cōtrarietas motuū accipit̄ ex utrisqȝ terminis. sed in huiusmodi cōtrarietate lȝ cooperent̄ utriqȝ termini: magis tñ cooperant̄ ibi termini ad quos q̄ȝ ex quibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Relinquit̄ aūt qui est in ɔ̄traria ꝛ qui est in cōtraria ex cōtrarijs. Fortassis quideȝ igitur accidit hos qui in cōtraria ex contrarijs eē: sed esse forsitā nō idē. Dico aūt qui in sanitateȝ: ei qui ex egritudine: ꝛ qui ex sanitate: ei qui in egritudinem.

¶ Exclusis modis inutilib⁹ ad ɔ̄rietatē motuū ostēdit qui modi sūt utiles ad talē ɔ̄rietatē dicēs. relinquit̄ ergo q̄ mot⁹ sit cōtrari⁹ qui est in cōtraria ꝛ qui est ex contrarijs in cōtraria. addit autē q̄ fortassis quideȝ accidit hos mot⁹ qui sūt in cōtraria eē illos mot⁹ qui sūt ex ɔ̄trarijs. Sed eē huiusmodi motib⁹ nō est idē. Q̄ aūt mot⁹ qui est ex cōtrario sit idē ei qui est in cōtrariū patet: q: mot⁹ qui est in sanitatē est idē ei qui est ex egritudie ꝛ qd̄ est ex sanitate est idē ei qui est in egritudinē. ¶ Dubitaret forte aliqs q: videt̄ q̄ ex terminis ad quos nō sit accipienda cōtrarietas motuū uel mutationū. sic enī arguebat ph̄s q̄ motus ex cōtrarijs terminis sibi nō cōtrariant̄ q: terminari pñt ad eundē terminū. ergo pari rōne mot⁹ in ɔ̄trarios terminos sibi nō cōtrariant̄ q: icipe pñt ab eodē termino. ex palido enī pōt fieri mutatio ꝛ in nigrū ꝛ in albū. Dicēdum q̄ nō est sile de terminis a qb⁹ ꝛ de terminis ad quos. Nā ex terminis a qb⁹ mot⁹ nō suscipiūt denominationē ꝛ spēȝ. Sed ex terminis ad quos. q̄ȝtūcūqȝ ergo incipiāt mot⁹ a terminis cōtrarijs si enī terminent̄ in eandē formā ꝫm q̄ huiusmodi sūt nō proprie erit ibi contrarietas motuū nec mutationū. Sed si terminant̄ mot⁹ ad terminos cōtrarios q: ab hui⁹ terminis suscipiūt spēm poterit ibi cōtrarietas attēdi. ¶ Utrū autē ex sola cōtrarietate terminorum ad quos accipiatur contrarietas motuū uel mutationū ꝛ qualiū mutationū accipit̄ cōtrarietas ex tali cōtrarietate

in prosequēdo patebit. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs q̄r cū enumerasset quinq̧ modos f₃ quos potest accipi cōtrarietas quia in prosequēdo de illis modis vnū illoꝝ modoꝝ ꝑtermisit. modū eni illū qui est ab eodē termino in eundem terminum. ut a sanitate in sanitatē ꝑtermisit. De alijs aūt quatuor est ꝓsecut⁹ quoꝝ duos dixit eē inutiles duos ꝟo utiles. Dicendū ꝙ ad hoc dixerūt qdā pħm illuꝫ ꝑtermisisse q̄r cū ibi semꝑ accipiaꝛ eadē forma nō ꝑt ibi accipi aliq̄ oppositio vn̄ videnꝛ uelle modū illū eē inutilē. Sed hoc nō videꝛ sufficere. q̄r lꝫ sēper accipiaꝛ ibi eadē forma nō m̄ ibi accipitꝛ huius modi forma ut hēt rationē eiusdē termini. Nā moueri ex sanitate est ponere sanitatē tanq̄ꝫ terminuꝫ a quo. moueri aūt ad sanitatē est eaꝫ ponere tanq̄ꝫ terminū ad quē. Ampli⁹ ut in ꝓsequendo patebit aliqua oppositio mutationū accipiꝛ ex eo ꝙ itelligit aliqd mutari ex eadē forma in eandē formam. Sciendū ergo ꝙ cū quinq̧ modi fuerint numerati ⁊ solū duo sint exclusi tanq̄ꝫ inutiles oēs alij tres modi sūt utiles sed nō ex oib⁹ trib⁹ accipiꝛ oppositio eodē modo. Nā si accipiaꝛ oppositio ex utrisq̧ terminis sic accipiꝛ cōtrarietas in motu. nunq̄ꝫ eni ꝓprie noiaꝛ ꝯtrarietas motuū nisi accipiaꝛ oppositio f̄m utrosq̧ terminos ut mot⁹ qui est ab albo in nigrū cōtrariaꝛ ei qui est a nigro in albū. Si ꝟo accipiaꝛ oppositio ex sola cōtrarietate terminorū ad quos uel ex eo ꝙ est ab eadē forma in eandē formā sic accipiꝛ cōtrarietas mutationū aliter tñ ⁊ aliter q̄r ex cōtrarietate terminoꝝ ad quos accipiꝛ oppositio mutationū in accidētib⁹: ut ire in albū ⁊ ire in nigrū sūt cōtrarie mutatiōnes accidentales. ꝓut ꝟo itur ab eadē forma in eandē formaꝫ accipiꝛ oppositio mutationū substātialiū: de qbus oib⁹ in ꝓsequēdo patebit. ire eni a forma ignis est corruptio ignis. ire aūt ad formā ei⁹ est ei⁹ ḡnatio. Ideo eni in substantialib⁹ accipiꝛ oppositio mutationū ex eo ꝙ itur ab eadē forma in eandē formā q̄r ibi accipiꝛ oppositio f̄m generationē ⁊ corruptionē. Cū ergo queriꝛ quare pħs ꝑtermisit hūc modū qui est ab eadē forma in eandē formā patet ꝙ hoc nō fecit ꝙ ille modus sit inutilis nec fecit ꝙ f̄m talē modū nulla oppositio sumaꝛ. sed forte hoc iō fecit ut qdā dixerūt ⁊ bene q̄r f̄m talē motū nō accipiꝛ ꝓprie cōtrarietas. q̄r ⁊ si in substantia est aliquis modus oppositionis nō tamen est ibi proprie contrarietas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniā aūt differt mutatio a motu: ex quodā eni subiecto in qodā subiectū mutatio est mot⁹ qui est ex cōtrario in cōtrariū ei qui est ex cōtrario in cōtrariū mot⁹ cōtrari⁹ est: ut qui est ex sanitate in egritudinē ei qui est ex egritudine in sanitatē.

¶ Exequiꝛ de oppositione motuū quātū ad modos utiles. Circa qđ duo facit. q̄r p̄ exequiꝛ de oppositione motuū ꝓut extrema cōparanꝛ adiuicē. secūdo ꝓut cōparanꝛ ad mediū ibi ⌊ Qđ aūt in medium. ⌋ Circa p̄mū tria facit f̄m ꝙ tres modos utiles adducit f̄m quos accipiꝛ oppositio mutationū ⁊ motuū. p̄ ergo exequiꝛ de oppositione utrorūq̧ terminoꝝ f̄m quos accipiꝛ oppositio motuū. secūdo exequiꝛ de oppositione respectu terminorū ad quos f̄m qđ accipiꝛ oppositio in mutationibus ac cidētalib⁹. 3⁹ exequiꝛ de oppositiōe que est ex forma eadē in eandē formā f̄m ꝙ accipiꝛ oppositio mutationū substantialiū. secūda ibi ⌊ qui aūt in cōtrariū. ⌋ tertia ibi ⌊ quidā ꝟo est ꝯtrariū. ⌋ Circa p̄mū duo facit f̄m ꝙ dupl'r ꝓbat cōtrarietatē motuum accipiēdā eē ex utroq̧ termino. p̄mo eni ꝓbat hoc rōne. secūdo inductione ibi ⌊ manifestū est autē. ⌋ Dicēs ꝙ q̄m differt mutatio a motu eo ꝙ mot⁹ est mutatio nō quelibet sed est mutatio ex quodā subiecto in qodā sbiectū. In motu ergo uterq̧ terminus dicit aliqd affirmatiue ad significandū cōtrarietatē in motu opoꝛtet noiare utrūq̧ terminū. nō ergo dicemus ꝙ motus in cōtraria sūt cōtrarij uł ꝙ mot⁹ ex cōtrarijs sūt cōtrarij: sed dicem⁹ ꝙ motus qui est ex cōtrario in cōtrariū est ꝯtrari⁹ ei qui est ex cōtrario in cōtrariū: ut mot⁹ qui est ex sanitate in egritudinē est cōtrari⁹ ei qui est ex egritudine in sanitatē. ¶ Dubitaret forte aliquis quare ad significandū oppositionē motuū opꝫ noiare utrūq̧ cōtrariū. videlicet tam termini a quo q̄ꝫ terminū ad quē. Dicēdū ꝙ i motu est duo ꝯsiderare, videlicet q̄ꝫtitatē ei⁹: ⁊ spēꝫ ipsi⁹: utrūq̧ aūt istoꝝ facꝛ ad cōtrarietatē mot⁹. Nā si mot⁹ nō eēt q̄ꝫtus ⁊ nō diuisibilis nō ꝓprie acciperetꝛ in motib⁹ oppositio cōtrarietatis que requirit distātiā. rursus nō sufficit ꝙ mot⁹ sit quāt⁹ ad hoc ꝙ in motu possit accipi ratio ꝯtrarietatis. Sed requiriꝛ ꝙ mot⁹ determineꝛ ad aliquā spēm. Nā si sola q̄ꝫtitas mot⁹ sufficeret ad cōtrarietatē cū quilibet mot⁹ sit quāt⁹ quilibet mot⁹ opponeretꝛ cuilibet motui. Nō ergo soluꝫ q̄r in motib⁹ reperiꝛ ratio quātitatis hēt in eis eē cōtrarietas. sed q̄r motus cū qđ quāti sūt ꝯrecipiunt denominatione ⁊ spēꝫ cōtrarijs formis. iō in eis hēt eē cōtrarietas: quare si ad ꝯtrarietatē motus utrūq̧ cōsiderādū est. videlicet quātitas ei⁹ ⁊ species ipsi⁹ cū motus spēꝫ habeat a termino ad queꝫ quātitateꝫ aūt habere videaꝛ a termino a quo. ad accipiēdā cōtrarietatē motuū opoꝛtet noiare utrūq̧ terminū. nō ergo dicem⁹ ꝙ mot⁹ in sanitatē cōtrarieꝛ motui in egritudinē: q̄r f₃ hūc modū magis accipiꝛ oppositio mutationum q̄ꝫ motuū. nec dicemus ꝙ mot⁹ ex sanitate ꝯtrarieꝛ motui ex egritudine: q̄r hic modus accipiendi oppositionem ut supra dicebaꝛ videꝛ eē inutilis. Nominabim⁹ ergo utrūq̧ terminū ⁊ dicem⁹ ꝙ mot⁹ a sanitate in egritudinē cōtrariaꝛ ei qui est ab egritudine in sanitatē. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs utrū uerū sit ꝙ mot⁹ recipiat quātitatē a termino a quo. Dicēduꝫ ꝙ in p̄missa qōne supponebaꝛ ꝙ mot⁹ haberet spēciē a termino ad quē. q̄ꝫtitatē a termino a quo. Qꝫ aūt mot⁹ recipiat spēm a termino ad quē in precedētib⁹ est sufficiēter ostēsū. Sed ꝙ recipiat quantitatē a termio a quo forte hꝫ dubiū. ¶ Sciēdū g̃ ꝙ ratio quare mot⁹ est quātus est q̄r mēsuraꝛ tp̄e ratio aūt q̄r requiriꝛ in transmutatione tp̄s ut ostēdebaꝛ in quarto est ꝓpter cōtrariā dispositionem mãe. nā ut dicebaꝛ ibidē si nō eēt cōtraria dispositio in materia in instanti ꝓduceretꝛ in ea forma: cū ergo cōtraria dispositio materie se teneat ex parte termini a quo ꝙ mot⁹ fiat in tp̄e ⁊ ꝙ sit quātus habet ex parte termini a quo. de ratione ergo motus est ꝙ sit de subiecto in subiectuꝫ ⁊ ꝙ f̄m utrunq̧ terminū dicat aliquid affirmatiue. Nā f̄m terminuꝫ a quo dꝫ dicere aliqd affirmatiue ⁊ aliqd cū dispositione contraria q̄r aliter nec esset q̄ꝫtus nec

fieret in tpe. Fm aũt terminũ ad quẽ debet habere aliqd affirmatiue q2 aliter nõ eẽt in specie. Si ergo de rõne mot⁹ est ꝛ q̃ sit diuisibilis ꝛ q̃ sit in spe de ratione ei⁹ est q̃ sit a cõtrario in ↄtrariũ. ex hoc aũt meli⁹ inotescit qõ pmissa. Nã sit accipienda est cõtrarietas in reb⁹ fm q̃ habent eẽ: cũ3 motus sit a cõtrario in cõtrariũ ꝛ cũ mot⁹ fm utrũq3 terminũ dicat gd affirmatiue oportet accipere cõtrarietatẽ motuũ fm utranq3 terminũ ut supra ostendebatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestũ est aũt ex iductiõe qlia videtur ↄria eẽ. Egrotari eni ipsi sanari ꝛ ipsi adiscẽ decipi ꝑmutatũ vo nõ per ip3. In ↄria eni sicut enim in sciẽtia est: sic ꝛ in deceptione ꝛ per ip3 hẽre ꝛ per aliũ. Et sursũ mot⁹ ei qui est deorsũ. Cõtraria enim hec sũt in lõgitudinẽ. Et qui est ad dextrã ei qui est ad sinistrã: cõtraria eni hec sunt in latitudine. Et qui est ante: ei qui est retro. Cõtraria enim hec sunt in altitudine

¶ Ostendit inductiõe motus illos eẽ cõtrarios qui hñt cõtrarietatẽ fm utrunq3 terminũ dicẽs q̃ manifestũ est ex inductione qualia videant eẽ ↄtraria q2 egrotari cõtrariũ est ipsi sanari: ꝛ ipsi adiscere ↄriũ est decipi nõ per ip3 s3 per aliũ. ista eni cõtrariant q2 sũt in cõtraria ꝛ ẽt sũt supple ex cõtrarijs ¶ Addit aũt q̃ sicut est in scientia q2 cõtingit scire per se ꝛ per aliũ: sic etiã est in deceptione q2 cõtingit habere deceptionẽ per ip3 ꝛ per aliũ. In oib⁹ g̃ motib⁹ accipit hoc mõ ↄrietas q2 mot⁹ sursũ cõtrari⁹ est ei qui est deorsũ: q2 hoc. s. sursu3 ꝛ deorsũ sũt ↄria in magnitudie. mot⁹ qui est ad dextrũ est ↄri⁹ et qui est ad sinistru3. q2 dextrum ꝛ sinistrum sunt cõtraria in latitudine. mot⁹ qui est ante cõtrarius est ei qui est retro. q2 hec. s. ante ꝛ retro sũt cõtraria in profunditate. patet ergo q̃ in motib⁹ omnibus cõtrarijs accipit cõtrarietas fm utrũq3 terminũ. Nam egrotari incipit a sanitate ꝛ terminat ad egritudinẽ. sanari vo qõ est ei ↄtrariũ icipit ab egritudie ꝛ terminat in sanitatẽ. ꝛ qõ dictũ est de sanari ꝛ egrotari intelligendũ est de omnib⁹ aliis cõtrarijs motib⁹. semp eni cõtrarij mot⁹ ↄtrarie incipiũt ꝛ cõtrarie terminant. ¶ Notandũ aũt q̃ oẽ qõ quis nouit uel nouit discens per aliũ uel nouit inueniẽs per seipsu3. Adiscere ergo ꝓprie dicit scientiã quã quis hẽt ex alio. Si ergo uolum⁹ accipere proprie oppositũ ei⁹ qõ est adiscere nõ dicem⁹ q̃ opponat ei decipi per seip3. Nã huiusmodi deceptio opponit inuentioni que dicit notitiã habitã per seip3. sed decipi per aliũ opponit ei qõ est adiscere qõ nominat scientiã habitã per aliũ. ut ergo phũs ostẽderet quõ accipienda sit oppositio inter scientiã ꝛ deceptionẽ ait q̃ cõtingit scire per se ꝛ per aliũ ꝛ decipi per se ꝛ ꝑ aliũ. opponunt g̃ singula singulis decipi per alium opponitur ad scire per aliũ decipi per se ad scire per se. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Qui aũt est in cõtrariũ solũ: nõ est mot⁹ s3 mutatio: ut fieri albũ nõ ex quoda3 est.

¶ Ostẽdit quõ accipiat in mutatiõib⁹ accidẽtalib⁹ dicens q̃ qui est solũ in cõtrariũ nõ est mot⁹ s3 mutatio ut fieri albũ nõ est ex quodã. Nam si dicatur aliqd fieri albũ nõ denoiat ibi ad termin⁹ ad que3 ideo talis trãsmutatio est in q̃odã. sed nõ est ex q̃odã. nõ ergo est mot⁹ sed mutatio. fm ergo hũc modũ ut plane innuit phũs nõ accipiet oppositio motuum sed mutationũ: ꝛ nõ mutationũ quarũlibet sed solum accidẽtaliũ: q2 in solis accidentib⁹ reperitur cõtrarietas. ¶ Notandũ aũt q̃ ut est per habita manifestũ differentia est inter mutationẽ ꝛ motũ: q2 mot⁹ fit ex subiecto in subiectũ ꝛ fm motũ accipit uterq3 termin⁹ affirmatiue sed fm mutationẽ non accipit affirmatiue nisi alter terminoꝝ tñ quare si nominent trãsmutationes opposite solũ fm cõtrarios terminos ad quos ut dicim⁹ fieri albũ opponiet qõ est fieri nigrũ cum fieri albũ ꝛ fieri nigrũ nõ dicãt mot⁹ sed mutationes s3 hũc modum nõ accipient oppositiones motuũ sed mutationũ. transmutari ergo in cõtraria dicit oppositionẽ mutationũ accidentaliũ. Nã eo q̃ sic nominamus talia solũ per alteros terminorũ non sunt ibi motus sed mutationes solum: eo vo q̃ illos terminos dicim⁹ esse cõtrarios sunt ibi mutationes non quelibet sed accidentiũ quib⁹ cõpetit habere ↄtraria. ¶ Dubitaret forte aliquis utrũ nominãdo trãsmutationẽ solũ ex termino ad quẽ fit ibi solũ mutatio. vĩ q̃ nõ. Nã dicẽdo fieri album l3 in tali factione nominet solus termin⁹ ad quem cum cõtingat aliqd fieri albu3 in tempore sit mot⁹ mensuret tpe ꝛ nõ mutatio non erit ibi mutatio sed mot⁹. Dicẽdũ q̃ ut supple dicebat tota causa quare requiritur in transmutatione tpe est dispositio cõtraria. Non albũ ergo ut nõ albũ est nõ hẽt ut resistat qa statim fiat albũ in tpe hoc non ratione qua non album. sed hoc erit q2 illõ nõ albũ cõtingit eẽ nigrũ uel cõtingit tñm habere aliquã aliã dispositionem cõtrariã per se ergo loquẽdo a cõtrario in ↄtrariũ itur in tpe. sed a nõ cõtrario in cõtrariũ ut a nõ albo in albũ per se loquendo itur in instãti. Si ergo utrũq3 terminoꝝ noiam⁹ affirmatiue erit ibi mot⁹ s3 si solũ alterũ terminoꝝ noiam⁹ affirmari siue nõ erit ibi motus per se loquẽdo s3 mutatio. Si autẽ est ibi mot⁹ h erit per accñs. v3 put termin⁹ negat⁹ hẽt annexã dispositionẽ cõtrariã: ut si ire ex nõ albo in albũ mẽsuret tpe ꝛ est ibi mot⁹ hic nõ erit ꝑ se ꝛ ut est nõ albũ sed erit per accñs ꝓut. s. ipsi nõ albo annexa est ↄtraria dispositio albi. negatio eni ut negatio est nõ habet per quid resistat agenti nec transmutationi nisi solũ alter terminoꝝ noiatur affirmatiue ꝛ per se loquendo nõ est mot⁹ sed mutatio solum. Si ergo oppositionẽ transmutationum accipim⁹ fm utrunq3 terminum erit ibi oppositio motuum. Sed si transmutationes opposite sumãtur solũ fm cõtrarietatẽ terminoꝝ ad quos ut dicam⁹ fieri albũ cõtrariari ei qõ est fieri nigrũ nõ erit ibi oppositio motuũ sed trasmutationũ. erunt tñ ille mutationes accidentales q2 cõtrarietates terminoꝝ nõ repetiunt ꝓprie nisi in accidentib⁹. ex hoc aũt patere põt quare phũs supple sub dubio loquebatur cũ ait q̃ trãsmutari in cõtraria ꝛ trãsmutari ex contrarijs in contraria forte est idem. non ut patet per habita transmutari ex contrarijs in ↄtraria dicit motum: sed transmutari solum in contraria per se dicit mutationem: l3 per accidens possit dicere motum. non est ergo simpliciter concedendũ q̃ idẽ sit trãsmutari in cõtraria qõ transmutari ex cõtrarijs in cõtraria pñt tñ talia esse idem inquãtũ trãsmutari ex nõ ↄrijs in ↄria põt aliq̃ mõ dicẽ

motū ut est per habita manifestū. ¶ Deinde cū dicit

¶ Quidā aūt nō est ɔtrariū: qui est ex ipso ei qui est in ipsum mutatio contraria est. Unde generatio corruptioni contraria est ꝛ remotio acceptioni. Hę autem mutationes quidē: motus autem non sunt.

¶ Ostendit quō accipit oppositio in mutationibus subartiū in qb⁹ nō est ɔrietas dicēs ꝙ quidā aūt nō ɔriū. i. quedā sūt que nō hnt cōtrariū. vn̄ alia lra hēt ꝙ quib⁹. i. aliquib⁹ nō est cōtrariū. in talib⁹ ergo in qb⁹ nō est accipere cōtrariū ei⁹ sūt substātie dicem⁹ ꝙ q est ex ipso ei qui est in ipm est mutatio cōtraria ut mutatio que est ex igne que est corruptio ignis cōtrariat mutationi que est in ignē que est generatio ignis. ideo ait ꝙ gn̄atio est ɔria corruptioni ꝛ remotio forme est ɔria acceptioni. ¶ Addit aūt ꝙ hee trāsmutationes sūt mutationes sed nō sūt mot⁹. ¶ Notādū aūt ꝙ in sub̄a nō est ɔrietas etsi accipiat ɔrietas large pro priuatione ꝛ habitu. priuatio aūt ꝛ habit⁹ sumunt respectu eiusdez forme. Nā habit⁹ est habere formā. priuatio aūt est carere illa forā. ex quo patet ꝙ differūt mutatiōes accidētalib⁹ in qb⁹ est cōtrarietas: ꝛ in sub̄alib⁹ in qb⁹ est oppositio forē ꝛ nō forme ut in qb⁹ est oppositio priuationis ꝛ habit⁹. In accidentalib⁹ ergo sumunt mutationes cōtrarie respectu formarum ɔriar ut fieri albū cōtrariat ei qd est fieri nigrum in sub̄alib⁹ aūt accipiat oppositio respectu eiusdē forme ut mutari ab igne ꝛ recedere ab igne qd est corruptio ignis oppōit ei qd ē mutari ad ignē ꝛ accipe ignē: qd ē gn̄atio ignis. vn̄ ꝙ dicebat sup̄ ꝙ inter illos quatuor modos enūeratos duo erāt inutiles ꝛ tres utiles. Nā ex eo ꝙ itur a ɔrijs i ɔria accipit oppositio motuū. ex eo vo ꝙ itur in ɔria solū accipit oppositio mutationū accidētaliū: sed ex eo ꝙ itur ab ipso in ipz accipit oppositio mutationū substantialium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui aūt in mediū mot⁹: sūt quibuscunqꝫ ɔtrarioꝝ est mediū. tanqꝫ in ɔria quodā modo ponēdi sūt: sicut eni ɔrio utit medio mot⁹ in utraqꝫ uniqꝫ utet: ut ex fusco quidē in albuz tanqꝫ ex nigro: ꝛ ex albo in fuscū tanqꝫ in nigrum ex nigro autem in fuscū tanqꝫ in albū fuscū mediū autē ad utrunqꝫ dicit quodāmō utrūqꝫ ultimorū: sicut dictū est pri⁹. Mot⁹ quidē igit motui cōtrari⁹ est: sic qui est ex cōtrario in cōtrariū: ei qui ex cōtrario in cōtrarium.

¶ Ostēdit quō accipit ɔrietas in motib⁹ ex eo ꝙ extrema cōparant ad mediū dicēs ꝙ si mot⁹ qui sūt in mediū supple hnt aliquo modo ɔrietatē. Nā quibuscūqꝫ cōtrarioꝝ est mediū mot⁹ in mediū quodā mō sūt ponēdi tanqꝫ mot⁹ in cōtraria. Nā medio utit sicut ɔrio mot⁹ utiqꝫ in mediuz est. Unqꝫ sicut qd mouet in utraqꝫ ɔria ut si mutet ex fusco quidē i albū: mutat tanqꝫ ex nigro ꝛ ecōuerso. si mutet ex albo in fuscū mutat tanqꝫ in nigrū ita ꝙ fuscū cōparatū ad albū hēt rōnē nigri: cōparatū ad nigrū hēt rationē albi. q: ex nigro in fuscū est mutari tanqꝫ in albū: fuscū aūt qd est mediū ad utrūqꝫ extremoꝝ cōparatū dicit quodāmō utrūqꝫ respectu cui utriusqꝫ cōtrarij quodāmodo dī utrūqꝫ cōtrariū sicut dictū est pri⁹. hoc eni magis supra in hoc eodē quinto fuit ostēsum. ¶ Notandū aūt ꝙ lꝫ mediū cōparatū ad utrunqꝫ cōtrarioꝝ fungatur vice utriusqꝫ cōtrarij magis tn̄ est accipienda ɔrietas motuū ex eo ꝙ ex eodē medio itur ad ɔtraria qꝫ ex eo ꝙ ex contrarijs itur ad idem medium q: motus ut supra dicebat magis recipiūt spēz ꝛ cōtrarietatē ex terminis ad quos qꝫ ex terminis a quibus. ¶ Ultimo epilogat circa determinata dicēs ꝙ mot⁹ quidē est cōtrari⁹ motui sic q: mot⁹ qui est ex cōtrario in cōtrariū est cōtrari⁹ ei qui est ex contrario in cōtrariū. dꝫ eni ɔrietas in motu accipi ex utroqꝫ terminoꝝ ut supra ondebat. Lectio. IX.

Quoniā autem motui non solū videtur esse mot⁹ cōtrari⁹: sed ꝛ quies: hoc determinādū est: simpliciter quidē contrarius est mot⁹ motui. Opponitur aūt ꝛ quies. Priuatio enim est.

¶ Postqꝫ phs determinauit de oppositiōe mot⁹. in parte ista determiat de oppositione quietis. ad cuius euidētiā sciēdū ꝙ sicut qes opponit motui sic imutatio opponit mutationi: ita ꝙ imutatio lꝫ nō sit qes est tn̄ aliqd sile qeti. Duo ergo facit. q: p̄mo ondit quō qes opponit motui secūdo declat quō imutatio opponit mutationi ibi [qb⁹ aūt nō sūt.] Circa p̄mū duo facit. q: p̄mo ondit quō qes opponit motui. secūdo quō qes opponit qeti ibi [simul aūt ꝛ adinuicē.] Ips p̄ma diuidit in duas. q: p̄ ait ꝙ motui nō solū opponit mot⁹ sed quies. secundo declarat que qes cui motui sit opposita ibi [est aūt sic.] Dicit ergo ꝙ qm̄ motui nos solū mot⁹ vī esse qd ɔtrariū sed etiam ꝛ quies. ideo hoc determinādū hic. videlicet qliter qes oppōit motui. Subdit aūt ꝙ simpliciter qdē mot⁹ est cōtrari⁹ motui: tn̄ quies supple aliquo mō opponit motui: q: est priuatio ei⁹. ¶ Notandū aūt ꝙ pprie accipiendo cōtrariis oppositio priuationis ꝛ habit⁹ est genus oppositiōis distinctuz ab oppositione cōtrarietatis. tn̄ si large accipiant ɔria tūc opposita priuatiue dicūt opponi ɔrie. lꝫ ḡ mot⁹ simplr̄ ɔriet motui: tn̄ aliquo mō quies cōtrariat motui q: est priuatio ei⁹. ꝛ opposita priuatiue aliquo modo dicuntur opponi contrarie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Est autem sic ꝙ priuatio contraria dicitur. Qualis autem quali: ut ei qui est fm locū que fm locum. Sed hoc non dicitur simpliciter: utrum enim ei qui est hic mansioni qui est ex hoc aut qui est in hoc motus opponitur.

¶ Ondit que qes cui motui opponit. Circa qd duo facit. q: p̄ ostēdit hoc in gn̄ali. secūdo q: determinare aliqd in generali ꝛ sub modo cōfuso est determinare illud isufficienter. ostēdit in spāli que qes cui motui opponit. :² ibi [manifestū est igit.] Dicit ḡ ꝙ est aūt sic ꝙ qes dī priuatio cōtraria motui ꝛ qualis quies. i. aliqua qes opponit qli motui. i. aliquali motui. nō eni qlibet qes opponit cuilibet motui ut ei motui qui est fꝫ locū opponit qes que est fm locū. sic etiā motus fm aliud gen⁹ opponit qes fm illud gen⁹. Subdit aūt ꝙ hoc non dicit simplr̄. i. sic dicēdo nō dicimus simplr̄ ꝛ sufficiēter utrū ei

mansioni. i. utrū ei qeti que est hic. i. que est in hoc termino opponat mot⁹ qui est ex hoc. i. ex illo termino: aut ei opponat motus qui est in hoc. i. in illū terminū. Notandū aūt q̄ dicere qetē fm locū opponi motui fz locū ul' qetē fz qualitatē opponi motui que ē fz q̄litatē nō ē dicē simplr̄ ꝛ sufficienter q̄lis qes q̄lt motui opponat. Nā cū mot⁹ ex sanitate ꝛ mot⁹ in sanitatē sint mot⁹ in qualitate ex eo q̄ dictū est nōdū habet utrū qeti que est in hoc. i. qeti que est in sanitate opponat motus qui est ex hoc. i. qui est ex sanitate: aut motus qui est in hoc idest in sanitatem. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Manifestū igit̄ est: qm̄ in duob⁹ motus subiectis est. Huic quidē qui ex hoc in cōtrariū: que est in hoc quies. Huic aūt qui ex contrario in hoc que in cōtrario qes.

ℭ Ostendit magis in spāli que qes cui motui opponat̄ dicēs q̄ manifestū est igit̄ qm̄ mot⁹ est in duob⁹ subiectis. est eni mot⁹ ex sbo in sbz: ñō mot⁹ dī eē in duob⁹ sbis q̄z est īter duos terminos quoꝝ quilibet dī hēre rōnē subiecti. q̄z quilibet dicit aliquid affirmatiue. per sbm eni intelligit̄ aliqd affirmatiue dictū ut supra dicebat̄. Cū ergo sic se hēat mot⁹ q̄ est ex subiecto in sbm ꝛ ex cōtrario in cōtrariū manifestū est q̄ huic motui qui est ex cōtrario in hoc. i. in aliō ꝯrni opponit̄ qes que est in illo cōtrario motui ḡ qui est ex sanitate in egritudie opponit̄ q̄es que est in illo cōtrario ex quo incipit mot⁹. i. qes in sanitate nō qes in egritudine. sicut ēt qeti in sanitate opponit̄ mot⁹ ex sanitate nō mot⁹ in sanitatē.
ℭ Dubitaret forte aliqs que qes opponat̄ motui cū eni mot⁹ sit īter duos terminos videt̄ q̄ qes in utroq̄z termio opponat̄ motui ut motui qui est ex egritudie in sanitatē oppōit̄ qes tā in egritudie q̄z in sanitate. Nā cū qes sit ꝑuatio mot⁹ cū qes utriusq̄z termini tollat motuz vī q̄ qes utriusq̄z termini oponit̄ motui. ℭ Amplī⁹ vī q̄ magis opponatur motui qes in termino ad quē q̄z in termino a quo Nā qes opponit̄ ꝑuatiue. cū ergo habit⁹ p̄cedat ꝑuationē nō ꝓprie opponet̄ motui ꝑuatiue nisi qes in termino ad quē: qes ergo in sanitate opponatur motui ad sanitatē q̄z h⁹ qes sequit̄ tale motū. Dicēdū q̄ ut dicebat̄ in p̄ hui⁹ ꝑuatio de se est nō ens ꝑuare ḡ est remouē ꝛ tollere entitatē aliquā. sicut ḡ cōpetit rei hēre spēm ꝛ entitatē sic cōpetit ei q̄ aliquid opponatur ei priuatiue ꝛ q̄ aliqd ei tollat spēz ꝛ unitatē illā: mot⁹ aūt recipit entitatē spē ciē ꝛ denominationē a forma ad quā uadit. fm ḡ q̄ accipit̄ ꝑuatio forē ad quā est mot⁹ sic accipit̄ ꝑuatio mot⁹ q̄ est in illā formā. ꝑuatio aūt forē ad quā ē mot⁹ nō ē in termio ad quē fz ē i termio a q̄. Nā si ꝑuatio forme ad quā ē mot⁹ eēt i termio ad quē cū ipa forā ad quā est mot⁹ sit termi⁹ ad quē sequeret̄ q̄ sil' eēt forma cū sua ꝑuatiōe qđ est icōueniens. si ergo accipiēda est ꝑuatio mot⁹ sicut accipit̄ ꝑuatio forme ad quā est mot⁹: cū ab h⁹ forā recipiat mot⁹ denominationē ꝛ spēz cū dictum sit q̄ forme ad quā est mot⁹ nō opponat̄ ꝑuatio in termio ad quē fz in termio a quo: sequit̄ q̄ motui nō opponit̄ ꝑuatiue qes que est in termio ad quē. sed que est in termino a quo qđ declarare volebam⁹.
ℭ Qđ vō obiciebat̄ q̄ utraq̄z qes tollit motum. Dicēdū q̄ lz cessat mot⁹ per qetē in termio ad quē q̄z habitib⁹ ꝯsecutiv⁹ in eā cessat mot⁹ ut vult ph̄s ꝑ de gn̄atione. tñ h⁹ qes nō opponit̄ motui ꝑuatiue: q̄z ꝑuatio nō est filius suo habitui nec ꝑficit nec cōsumat ipz: mot⁹ aūt habet similitudine cuz qete i termino ad quē: q̄z mot⁹ est quedā ꝑticipatio forme ad quā est mot⁹: rursus mot⁹ ꝑficit ꝛ cōsumat̄ per talē qetē. arguebat ergo ratio ab insufficiēti q̄z nō oīs qes per quā cessat mot⁹ est ꝑuatio ei⁹. plus eni dicē ꝑuatio mot⁹ q̄z cessatio mot⁹ ut patet p̄ habita. ℭ Qđ vō addebat̄ q̄z habitus p̄cedit ꝑuationē ḡ mot⁹ debet p̄cedere qetē que opponit̄ ei priuatiue. Dicēdū q̄ ꝑuatio aliqñ respicit ipz subiectū mediante motu. aliqñ aūt respicit ipz mediante forā. Tūc em ꝑuatio respicit sbz mediāte forā qñ aliqd est informatū aliq̄ forā respectu cui⁹ pōt accidere ei ꝑuatio. ut oculus q̄z est apt⁹ nat⁹ informari visu pōt ei cōtingere cecitas ēt in talib⁹ naturaliter ꝛ per se vī habitus p̄cedere ꝑuationē. Sed tūc ꝑuatio dicit̄ respicere sbm mediāte motu qñ aliqd est priuatū aliquo ēt mediante motu ꝛ transmutatione pōt acqrere illō. ꝛ cuz sic est opz q̄ ꝑuatio natur aliter p̄cedet transmutationē ꝛ motū: ꝛ q̄z sic est in ꝓposito iō nō hēt dubiū qđ dicebat̄: uel possum⁹ dicē q̄ priuatio uel cōparari pōt ad subiectū uel ad intellectū: si cōparet̄ ad intellectū sp est posterior habitu. q̄z cū de se sit nō ens nō hēt intelligi nisi per habitū. Sed si cōparet̄ ad subiectū cui⁹ est negatio aliqñ p̄cedit aliqñ sequit̄. Nā aliqñ est processus a ꝑuatione ad formā: ut cū est generatio. aliqñ vō a forā ad ꝑuationē ut est corruptio. potest enim esse in aliqbus regressus a ꝑuatione ad formaz. Sz in aliquibus hoc est imediate. in aliqb⁹ vō per multa media. ostēdere aūt in qb⁹ ꝛ q̄liter hoc sit transcendit p̄sens negociuz. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Simul aūt ꝛ adinicē cōtrarie he sūt. Et nāq̄z in cōtrarijs est: si mot⁹ q̄dē cōtrarij sūt. Quietes autem opposite nō sunt.

ℭ Determinat de oppositione qetis ad qetez. Circa qđ duo facit. q̄z p̄mo facit qđ dictū est. secūdo qđ dixerat manifestat in terminis ibi Sunt autem in oppositis. Dicit ergo q̄ si motus contrariat motui ꝛ quies motui simul autem manifestum est q̄ adinuicem contrarie sunt hee. s. quietes que sunt supple contrariorum motuuz. Namq̄z quidē incōueniens est si mot⁹ quidē cōtrarij sunt qetes autē opposite non sunt. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sunt autez in oppositis he: ut qui est ex sanitate in egritudinē: et qui est ex egritudine in sanitatez: que aūt est in sanitate ex egritudine quies. Motui aūt ei qui est ex sanitate in egritudinem: ei enim qui est ex egritudine in sanitatē irrationabile. Qui enim in ipso mot⁹ est: in quo stetit: quietatio magis est: fm q̄ accidit sil fieri motui. Necesse autem est: aut hanc: aut illaz esse. Non enim que est in albedine quies contraria est ei que est in sanitate.

ℭ Qđ dixerat manifestat in termis. exēplificat eniz quō qetes opponūt̄ adiuicē ꝛ quō opponunt̄ motui iō ait q̄ he quietes sūt in oppositis ꝛ hūt oppositionē adinuicē: ut quies que est in egritudine supple opponit̄ queti que est in sanitate. Motui autē

ei qui est ex sanitate in egritudinez supp^9 e opponi tur ges est in sanitate. et ēt motui q est ex egritudi ne in sanitatē opponit ges que est in egritudine ir rationabile est supple q ei opponat ges in sanita. Nā mot^9 qui est in ipso termio sanitatis est ma gis id in quo sterit getatio et cōsumatio illi^9 mot^9 ē bui^9 getatio est fm q accidit fieri similis motui quasi dicat q ges in sanitate nō opponit puatiue motui ad sanitatē. tū q: illa ges gescat et cōsumat pficit illū motū: tū et q: illa ges bēt similitudinē cū illo motu. ¶ Addit aūt q motui qui est in sanita te nec est eē oppositā: aut hāc getē que est i sanita te aut opz eē oppositā illā. s. gtē que est in egritudi ne. Nō eni possumus dicere q ges in alio genere opponat motui in sanitatē. nō eni est dicēdū q g. que est in albedine cōtraria est ei transmutatio que est in sanitatē. opz g q motui in sanitate ul' opponit ges in sanitate ul' in egritudie: q: ges in alio genere ei nō pōt eē opposita. cū g motui in sanita tē nō opponat ges in sanitate opponet ei ges in egritudine. ¶ Notandū aūt q iste ultim^9 text^9 g exposit^9 est de oppositione getis ad motū exponi posset de oppōne getis ad getē ut diceremus q ges in sanitate de necessitate opponit ges in egritudi ne. Nō eni dicere possum^9 q geti in sanitate oppo nat ges in albedie uel ges in alio genere geti. g in sanitate uel opponit ges in ipsa sanitate uel ges i egritudie. cū ergo getis in sanitate nō possit opponi ges in sanitate q: tunc idem opponeretur sibiipsi oportet et q ei opponatur quies in egritudine. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quib^9 aūt nō sūt ꝯria: hoꝝ mutatio gdē est opposita: que est ex ipo: ei q ē in ipz mot^9 aūt nō est ut que ex eē: ei q est i esse Quies gdē hoꝝ nō est. Immutatio āt ē

¶ Ostēso quō ges opponit motui ondit quō imuta tio opponit mutatioi. Circa qd tria fac. q: p^o ait q oppositū puatiue ipsi^9 mutationis nō est ges s3 im mutatio. secūdo ostēdit q huiusmodi imutationi opz aliqd eē sb3. tertio qd dā qd supposuerat pro bat. 2^a ibi [et sic gdē.] tertia ibi [et ges.] Dicit g q qb^9 nō sūt supple ꝯria ut alia lr'a supplet. i. i sub stantijs in qb^9 nō est ꝯrietas hoꝝ. i. hāꝝ substantiarum mutatio gdē que est ex ipo opposita est ei que est i ipz: mot^9 aūt nō est in talib^9 sed mutatio ut muta tio que est ex eē ut. i. corruptio opposita est ei mu tationi que est in eē. i. opposita est ei generatiōi: si ut ergo hoꝝ. i. hāꝝ sbarū nō est mot^9 sed mutatio sic horū gdē ges nō est: imutatio aūt est. ¶ Notā dū aūt q ut supra dicebat q: in substātijs nō est ꝯ rietas. io in eis nō pōt accipi oppositio mutationū fm terminos ꝯrios. Sed accipiat ibi talis opposi tio respectu eiusdē forme. Nā sicut in substantijs nō est oppositio cōtrarietatis sed puatōis et habi t^9: sic in eis accipiunt mutatiōes opposite fm hēre aliquā formā et puari illa forma. Ideo in talibus mutatio que est ex eē uel ipsa forma opponit mu tationi que est in ipz eē uel in ipaz formā. In sub stātijs eni corruptio que icipit a forma et eē opponit gnationi que terminat ad eē et formā. ¶ Notādū aūt q sicut ges est puatio mot^9 sic imutatio est pri uatio mutationis. puatio ergo trāsmutationū sub stantialiū est imutatio nō ges: q: in substātijs non est motus sed mutatio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et si qdē aliqd erit subiectū: que met nō mutatio ei que est i nō eē ꝯria erit. Si ꝟo nō est aliqd ei qd non est: dubitabit aliqs cui sit cōtraria que est in esse mutatio.

¶ Probat q in talib^9 immutationib^9 opz aliqd esse sb3 dicēs q si qdē: nostra aūt lr'a hēt sic qdē: sed lit tera est falsa ut patet ex alia littera. Dicit ergo q si qdē aliqd eē sb3 imutatiōi ipsi que est in nō eē: uīe non mutatio. i. imutatio que est in esse erit ꝯtraria mutationi que est in nō eē: s3 si nō est aliqd sbm ei qd nō est. i. ipsi imutationi que est in nō eē. ¶ Du bitabit aliqs cui sit ꝯtraria imutatio que est in esse qsi dicat talis imutatio nulli erit ꝯtra: opz g ipsiz q nō est dicere aliqd subiectū: uel opz q ipsi imu tationi que est in nō eē dem^9 aliqd sb3. Sed in ta lib^9 uolum^9 aliquo mō saluare ꝯrietatē. ¶ Dubi taret forte aliqs utrū mutatiōes uel imutationes subales opponant adinuicē ita q mutationi sbali oppōat tā mutatio q̄3 imutatio. Dicēdū q sic ima ginari debem^9 q sicut in accidētib^9 accipit mot^9 et ges sic in substātialib^9 accipit mutatio et imutatio Si eni aliqd mo^{re} pcedat ab ubi deorsū ad ubi sur sū q̄diu erit in ubi sursū dicet gescere. postq̄3 aūtē inde mouebit dicet moueri: motui ergo deorsū re pugnat mot^9 sursū et ges sursū sic et motui sursū re pugnat mot^9 deorsū et ges deorsū. In substātiali b^9 aūt nō est mot^9 et quies: sed est mutatio imutatio Si ergo aer corrūpat est ibi mutatio ab esse aeris ad nō eē. si aūt generet erit ibi mutatio a nō eē ad eē. Quādiu ergo aer durat in suo eē est ibi muta tio fm eē. si aūt corrūpat aer et fiat aliqd aliud cor pus q̄diu ex illo corpore non iterum regenerabit aer erit imutatio in nō eē aeris. ipi ergo generatio ni aeris repugnat corruptio que est mutatio ad nō eē et repugnat illa imutabilitas uel ille stat^9 que ē in nō eē. Nā si fiat pcessus a nō eē in eē nō statiz a nō eē erit regressus ad eē. Sed opz ibi dare aliquā morā. huiusmodi aūt mora si sit puatio mot^9 dicit ges. sed si sit puatio mutationis di imutatio. bene ergo dictū ē q mutatiōi ad eē repugnat mutatio ad nō eē: et ēt mutatio illa siue mora illa que ꝯtra bit in nō eē anteq̄3 sit ibi regressus ad eē: sicut etiā mutationi ad nō eē repugnat mutatio ad eē: et ēt mora illa que contrahit in ipso eē anteq̄3 sit ibi re gressus ad nō eē. omo ergo videt eē simile de moti bus respectu getis: sicut de mutationib^9 respectu imutationis. Nā sicut inter duos mot^9 cōtrarios est dare getē mediā: q: cū qs ab egritudine uadit ad sanitatē: non stati regredit ad egritudinē s3 ge scit in sanitate: sic iter duas mutationes oppositas est dare imutationē mediā. Nō eni cū aliqd gnat et pcedit ad eē corrūpit et pcedit ad nō eē: s3 co trahit morā in ipo eē adeptio: illa aūt mora q: non est opposita motui s3 mutationi. Cū g sic se hēat i mutatio respectu mutatiōis sicut ges respectu mo t^9: q: motui nō solū opponit mot^9 s3 ges mutationi nō solū opponeret mutatio s3 imutatio. ¶ Ulteri us forte dubitaret aliqs utrū iter ista reseruet op positio pure ꝯtradictoria. uī aūt q sic: q: in eis est oppositio fz eē et nō eē. Nā mutatiōes subales op ponunt q: una est ad eē alia ē ad nō eē. Sic ēt et i mutationes opponunt q: una est mora in eē alia i nō eē. Cū ergo fm eē et non eē accipiat oppositio cōtradictionis ergo et c. Dicēdū q hec est ꝯria m-

ter purā negationē ⁊ p̄uationē: q2 pura negatio nihil ponit: sed p̄uatio aliqd ponit saltē ex parte sbī presupponit eni p̄uatio subʒ in quo fūdet. vnde in quarto metha^ce dicit q̄ p̄uatio est negatio in sbo. Cū g in substātialib⁹ pcedit ab eē in nō esse si iret ad nō eē per oēʒ modū uel si iret ad pure nihil eēt ibi pura oppositio cōtradictoria sʒ erit ibi opposi. tio ꝯtraria accipiēdo ꝯtrariū large ad oē p̄uationē ⁊ ad oēʒ negationē in sbo. volendo ergo pbare q̄ in talib⁹ mutationib⁹ ⁊ imutationib⁹ psupponitur materia sbm: ⁊ q̄ nō est in eis pcessus ad nō esse q̄d sit pure nihil: aut q̄ nō eēt dare quō immutatio que est in eē opponeret ꝯtrarie imutationi que est in nō eē nisi illi nō eē eēt aliqd sbʒ. nā si illud nō eē diceret pure nihil nō eēt ibi aliquo modo oppositio cōtraria qūtūcūqʒ acciperem⁹ talē oppositionē large prout se extēdit ad p̄uationē ⁊ ultra ad omnē negationem in subiecto. Sed esset ibi oppositio pure cōtradictoria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qes est. Si aūt hoc est: aut nō omnis qes motui cōtraria est: aut gñatio ⁊ corruptio mot⁹ sūt. Manifestū igit q̄ qes non dicēda est: si nō ⁊ hec mot⁹. Simul aūt aliqd ē ⁊ imutatio. Cōtraria aūt est: aut nulli aut ei que est in non eē: aut corruptioni. Hec eni ex ipsa generatio: aut in ipsam.

¶ Probat qd̄ supposuerat. supposuerat eniʒ q̄ imutatio que opponit mutationi nō debet dici qes: volens ergo pbare hoc ait q̄ ⁊ qes est. deficit aūt ibi vnū si ut patet ex alia lr̄a dicat ergo q̄ ⁊ si qes est ipa imutatio. Si aūt hoc est sequit incōueniens: q2 aut sequit q̄ nō oīs qes est cōtraria motui. aut generatio ⁊ corruptio sunt mot⁹. Si eni imutatio est qes cū opponat generationi ⁊ corruptioni uel generatio ⁊ corruptio sūt mot⁹ uel est aliqua quies nō opposita motui. Sed utrū horꝫ est īpossibile manifestū est q̄ imutatio nō est dicēda qes si hec sʒ generatio ⁊ corruptio nō sunt mot⁹. est ergo imutatio nō qes sed est aliqd simile qeti q2 se hēt imutatio ad mutationē sicut qes ad motū. addit āt q̄ ipsa imutatio q̄ est in eē: aut nulli est ꝯria: aut est ꝯria ei imutationi que est in non eē: aut est ꝯria corruptioni. Nā h̄.s. corruptio est ex ipa entitate siue ex ipso eē: generatio aūt est in ipaʒ entitatē siue in ipm esse. ¶ Notandū aūt q̄ sicut quies in vno termino cōtrariat motui ⁊ qeti in aliū terminū ut quies in sanitate cōtrariat motui ⁊ qeti in egritudine: sic imutatio in vno termino cōtrariat imutationi ⁊ mutationi in alio termio ut imutatio que est in eēt accipiēdo ꝯriū large cōtrariat corruptioni que est in nō eē: ⁊ ēt cōtrariat ipsi imutationi ⁊ ēt ipsi motui que cōtrahit in non esse.

Lectio. X.

Dubitabit autē aliqs: q̄re i mutatiōe qdē fm locū sūt: ⁊ fm naturam: ⁊ extra nām ⁊ qetes ⁊ mot⁹: in aliis aūt nō: ut alteratio: hec qdē fm nām: illa aūt extra nāʒ: nihil eni magis sanatio aut egrotatio fʒ nāʒ: aut extra nāʒ neqʒ dealbatio: aut denigratio. Similiter aūt est ⁊ in augmēto ⁊ decremēto. Neqʒ adiuicē hi ꝯria: ut fʒ nām: aut extra nām. Neqʒ augmētū augmēto. Et in gñatione aūt ⁊ corruptiōe eadē ratio est. Neqʒ gñatio qdē fm naturā: corruptio aūt extra naturam. Senescere eni fm nāʒ est. Neqʒ generationē videm⁹ aliam quidē fm naturam: aliam v̄o extra naturam.

¶ Postq̄ phūs determinauit de vnitate ⁊ de contrarietate mot⁹. in parte ista ut dicebat mouet qūdā dubitationes circa p̄dicta. Sūt aūt huiusmodi dubitationes. iiij. uerū q2 due illaꝝ vident esse annexe ideo totū istud capitulū possum⁹ diuidere in partes tres. q2 p̄mo phūs mouet quādā questionē per se ⁊ soluit eam. secūdo mouet duas questiones que vident eē annexe ⁊ soluit eas. tertio mouet questionē quartā ⁊ soluit ipaʒ. secūda ibi⌋ hēt aūt dubiū si est oīs qetis. ⌋tertia ibi⌋ qm̄ aūt est qbusdā. ⌋Circa p̄mū tria facit. q2 p̄mo mouet dubitatione. secūdo soluit ipaʒ. tertio manifestat qddā qd̄ videbat esse dubiū in solutione quā dederat. 2ª ibi⌋ aut si est q̄ violēta. ⌋tertia ibi⌋ erūt ergo corruptiones. ⌋Dicit ergo q̄ dubitabit aūt aliqs quare immutationes quidem fm locū sunt tam quietes q̄ motus fm naturā ⁊ extra naturam. in aliis autē mutationibus non sic est assignare q̄ aliqua sint ibi fm nāʒ: aliqua v̄o p̄ter nāʒ ut alteratio nō dicit q̄ hec qdē sit fm nāʒ: illa aūt extra nāʒ. nihil eni magis sanatio q̄ egrotatio est fʒ nāʒ aut extra nāʒ. neqʒ dealbatio neqʒ denigratio est vna magis fm nāʒ q̄ alia. Silr̄ aūt ⁊ in augmēto ⁊ decremēto neqʒ adiuicē hi mot⁹ sūt ꝯtrarij ut dicam⁹ q̄ hi mot⁹ sūt fm nāʒ. hi aūt extra nāʒ. nō eni mot⁹ augmenti sunt fm nāʒ. mot⁹ aūt decremēti cōtra nām uel ēt ecōuerso. utroſqʒ eni videm⁹ naliter ꝯtigere nec ēt augmēti sic vi ꝯriari augmēto ut vnū sit cōtra nāʒ: aliud v̄o fʒ nāʒ. ⁊ in gñatione ⁊ corruptione eadē est ratio: q2 neqʒ gñatio est qdē fʒ nāʒ: corruptio aūt extra nāʒ. Sed utrūqʒ videt eē qd nāle. nā senescere per ꝯñs corrūpi fm nāʒ est sic etiā ⁊ gñatio semp̄ videt fm nām eē: q2 nō videm⁹ aliam generationē esse fm nām: aliā v̄o extra nām. Sʒ quelibet videt eē fm nām. ¶ Dubitaret forte aliqs utrū corruptio sit qd nāle. Dicēdū q̄ de hoc in de gñatione diffusi⁹ dixim⁹: ostēdim⁹ eni ibi corruptionē eē qd nāle q2 nullū malū fm q̄ huiusmodi pt eē qd itētū. q2 qd eni itēdit hēt rationē finis uel est bonū uel apparens bonū. corruptio ergo fʒ q̄ h⁹ nō pōt eē per se intēta pp̄ter qd̄ nō erit corruptio nālis: q2 fit de intētione nature. sed est naturalis q2 nāliter euenit. euenit eni per naturā materie. nā mā est per quā res pōt eē ⁊ nō eē. corruptio g nō est cōtra nāʒ māe. est aūt ꝯ nāʒ forme nō forme que inducitur. sed forme que expellit. ut si aer corrūpat ⁊ generet ide ignis in huiusmodi corruptione est tria cōsiderare. formā aeris que expellit: formā ignis que inducit: ⁊ materiā utriqʒ cōmunem erit ergo dicta corruptio ꝯtra nāʒ ⁊ nō cōtra nām nā nō erit cōtra nāʒ mā e sic ēt nō erit cōtra naturā cuiuslibet forme. nā lʒ sit cōtra naturā forme aeris que expellit nō eē tamē cōtra nāʒ forme ignis que inducitur. Cū ergo corruptio aliquo modo sit ꝯtra nāʒ ⁊ aliquo modo nō sit cōtra naturam: aliqu an-

do dicitur esse naturalis: aliquādo non naturalis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut si est quod violenta sit extra naturam tunc ꝛ corruptio erit corruptioni cōtraria: que violēta. ut que extra naturam ei que ſm naturam. Ergo nature ꝛ generationes quedam sunt violēte: ꝛ non moderate: quibus contrarie sunt que sunt ſm naturam. Et augmenta sunt violenta ꝛ detrimenta: ut augmenta que velociter propter alimentum pubescentium sūt: ꝛ triticea cito ꝛ adducta ꝛ nō cōstricta. In alteratione autem sic aut similiter. Erunt enī alie quidem violente: alie vero naturales: ut dimissi non in creticis diebus: alij autem in creticis. Alij quidem extra naturam alterant: alij vero ſm naturam.

¶ Soluit questionē pmissā per interēptionē. ostēdit eni ꝙ in oībus mutationibus reperit aliqd ſm nāʒ ꝛ aliqd extra nāʒ cuius cōtrariū supponebat in ratione pmissa: vnde ait ꝙ si est. i. si cōtingit ꝙ aliqd sit corruptū extra naturā tūc corruptio que est violenta est ꝯria corruptioni: ut corruptio que est extra nāʒ est ꝯria ei que est ſm nāʒ. ergo ꝛ gñationes quedā sūt violēte ꝛ nō fatate. i. nō ordinate ſʒ ordinē celestē quibus gñationibus ꝯtrarie sūt gñationes que sūt ſm nāʒ. igit tā in gñationibus q̃ in corruptionibus reperit ibi cōtrarietas: qꝛ aliqd est ibi nāle: aliqd violentū. ꝛ qꝺ dictū est de gñatione ꝛ corruptione intelligēdū est de augmēto ꝛ decremēto ꝛ de alteratione. ideo ait ꝙ quedā augmēta ꝛ decremēta sūt violēta ut augmēta pubescētiū ꝛ iuuenū que sunt velociter ꝛ citius q̃ debeāt ppter abūdātē alimentū: ꝛ triticea ppter abūdātiā pluuie. aliqñ sūt citoaucta ꝛ nō sūt cōstricta. i. nō sūt cōsolidata qꝛ humor ille in tanta abūdantia tractus nō puenit ad debitā digestionē nec potuit ꝯsolidare: addit aūt ꝙ in alteratione ꝗliter. i. aliqualiter erit ibi nāle ꝛ violentū ꝛ nō solū aliq̃liter in alteratione nāle ꝛ violētū: sed aut ēt reseruat in alteratione nālitas ꝛ violētia sicut in gñatione vel in augmēto. nā alie qdē alterationes sūt violēte alie nāles: ut aliq sunt dimissi a febribus q̃si violētet ut in diebus nō creticis. alij aūt liberant in diebus creticis. ꝛ qꝛ sic est seqnir ꝙ alij quidē alterant extra nāʒ. alij vero ſm naturā. ¶ Notādū aūt ꝙ fatū pōt hic appellari vis siderū ſm quā pcedūt nāliter gñationes istoꝝ inferiorū. cū ergo possunt ex artificio fieri alique gñationes preter celestē cursū dicunt gñationes ille nō fatate ꝛ q̃si violēte. pōt eni ex artificio fieri ꝙ rose fiant in hyeme. Sic ꝛ cucurbite in hyeme fieri pñt cū tñ ſm celestē circulū talia fieri debeāt in estate sic ēt ꝛ corruptiones quedā videnť eē nāles cū qs morit senio. quedā aūt violēte ut cū aliqs perimit gladio. ¶ Notādū ēt ꝙ oīa mēsurant suo piodo in ipsis eni febribus pōt distingui tps augmēti tempus status ꝛ tps diminutionis. oīs eni morbus ex quo quis curat p augeť: deinde est in statu: postea decrescit: ꝛ ad ultimū cessat. dies ergo illi in quibus cōpleť periodus morbi dicunť cretici. cōtingit eni aliqñ ꝙ natura fortificata a deo habet victoriā super morbū ꝙ expellit ipm ante diē creticū: pp qꝺ sanatio illa videť eē violenta que si fieret in die cretico eēt q̃si nālis. ꝛ qꝺ dictū est de alteratione intelligendū est de augmento ꝛ de diminutione. Naʒ sicut liberatio vel aliqua alia alteratio regrunt certū tps: sic augmentū ꝛ diminutio certū tps regrūt ppter qꝺ si nō fiant in tpe debito si ppter aliquas cōditiones cōtingāt citius q̃ debeant dicunť fieri q̃si violente. ¶ Dubitaret forte aliqs utrū cōcedendū sit ꝙ eque simpl'r inueniať violentum ꝛ nāle in alijs mutationibus sicut in motu locali. Dicendū ꝙ ut dicit tertio ethi. violentū est cuius pncipiū est ab extra nō cōferēte vim passo. nō ergo differt violentū a nāli ꝙ in motu naturaliū nō possit eē pncipiū ab extra. Naʒ elemēta nāliter mouenť a generante: generans tñ est aliqd differens a re generata sicut agens est aliquid pter passum. Differentia ḡ iter motū violentū ꝛ naturalē est qꝛ in motu nāli ꝯfert vis passo: ut si generās mouet aliqd sursū cōfert sibi formā q̃dā ꝛ viʒ q̃dā ut leuitatē ipaʒ per quam superius tendat. Nam generans quantum dat generato de forma tantuʒ dat sibi de loco. generans ergo formam in aliquo dicitur naturaliter mouere illud quia confert sibi vim quandam ꝛ formam quandam per quam competit sibi talis motus. Sic etiaʒ ꝛ sol naturaliter trahit vapores sursum quia calefacit eos propter qꝺ vapores calorē illum incorporatum ꝛ propter vim illaʒ a sole collatam naturaliter mouentur sursum. Sed si quis proijciat sursum lapidem vel aliquod aliud graue dicitur hoc fieri violenter: quia ex tali proiectione nulla virtus nulla leuitas nulla forma cōfertur ipsi lapidi per quam sursum tendat. hoc ergo si bene aduertimus patet ꝙ nunq̃ motus ad formam potest esse ita violentus sicut motus ad ubi. nam motus ad formam simpliciter ꝛ ſm rem nunq̃ est violentus cuʒ in omni tali motu conferatur aliqua virtus ꝛ aliqua forma ipsi passo. potest autem eē violentus quemadmodum introducendi formam illam: ut quia introduciť citius q̃ debeat. Sed motus ad ubi potest esse simpliciter violentus: quia ex tali motu mouetur mobile ad aliquod ubi ſʒ queʒ motum nulla virtus ꝛ nulla forma confertur passo propter quam competat ei dictus motus ut patuit de motione lapidis sursum. nam lapis sic sursum impellitur quia tamen ei nulla confertur leuitas per quam habeat talem motum. bona ergo fuit questio philosophi quare violentum ꝛ naturale non sic reperitur in alijs motibus sicut in motu ad ubi. ꝛ bona fuit solutio eius ꝙ in omnibus motibus reperitur aliquo modo violentum ꝛ naturale: sed hoc non est eque simpliciter sicut in motu locali ut est per habita manifestum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Erūt igiť corruptiones cōtrarie adinuicem: nō gñatio: ꝛ qd phibet: est enim sic. Et namq; si hec quidē dulcis: alia vero tristis est. quare non simpliciter corruptioni corruptio contraria est: sed ſm hoc quidem huiusmodi: alia vero huiusmodi harum est.

¶ Quia in solutioē pdicta supposuerat ꝙ corruptio sit ꝯria corruptioni cum hic videať esse dubium.

id declarat qd supposuerat. Circa qd tria facit: qr pmo ostendit ꝙ corruptio aliquo mō ꝯtrariat corruptioni. 2° declarat simplr ꝙ cōtrarietas reperit in motib°. tertio qr fecerat mētionē de cōtrarietate motu⁊ et quietū ostēdit quō mot° ꝯtriet motui ⁊ quō qes qeti ⁊ quō qes motui. 2ª ibi [oino quidē igit. 3ª ibi [et cōtrari° est qui est. Dicit ergo ꝙ corruptiones erūt cōtrarie adinuicē ⁊ nō gnationi tm̄. corruptio enī nō solū opponit generationi sed ēt opponit pōt corruptioni. io subdit ⁊ qd ꝓhibet supple corruptionē eē cōtrariā corruptioni. est enī sic ꝙ corruptio corruptioni cōtrariat. Nā si hec corruptio est qdē qst dulcis ut illa que est naturalis: illa vō est tristis. s. que est violenta op3 ꝙ corruptio aliquo mō cōtrariet corruptioni: io subdit ꝙ simplr corruptio est cōtraria corruptioni sed hoc. i. s3 hoc ꝙ hec corruptio est huiusmodi qr est naturalis. alia vō huiusmodi qr est violenta. tō qr si est hec. s. corruptionū est supple cōtrarietas. [Notādū aūt ꝙ nō est incōueniēs ꝙ eidē s̄m nō unū ⁊ eundē modū opponant multa. corruptio g̃ naturalis duplr cōsiderari pōt. uel ut corruptio est. uel ut nālis est. si cōsideret corruptio ut corruptio est nūq3 corruptioni opponit corruptio sed semp. corruptioni oppōit gnātio. Sed si cōsideret corruptio ut est naturalis opponit ei corruptio violenta. corruptioni ergo nālı nō ut corruptio est: sed ut nālis est hēt oppositam corruptionē violentā. bene ergo dictū est ꝙ corruptio nō opponitur corruptioni simplr: qr nō opponit ei ut corruptio nec opponit absolute ⁊ ulr accepta: sed opponit ei ut est hᵉᵉ. i. ut cōsiderat sub esse speciali. videlicet ut est corruptio talis. i. ut est nālis uel violenta. [Deinde cum dicit.

[Oino quidē igit contrarij mot° ⁊ qetes dicto mō sūt: ut qui est sursū ei qui est deorsū. Loci enī cōtrarietates he sunt. Fert aūt sursū qdē est motū nā ignis. deorsū vō terra. Et cōtrarie ipsorum loci mutationes sūt. Ignis aūt sursū quidē natura. Deorsum autem extra naturam.

[Ostēdit in quib° reperit simplr ⁊ oino cōtrarietas dicēs ꝙ oino qde ⁊ simplr mot° sunt cōtrarij quietes aūt. sunt ꝯtrarie eo ꝙ sunt termini oppositoꝝ motuū. ꝙ aūt in motib° reperiat simplr eē cōtrarietas patet qr mot° qui est sursū est cōtrari° simplr ei qui est deorsū. Nā he differentie. s. sursū ⁊ deorsū sunt cōtrarietates loci ⁊ he mutationes cōpetūt corporibus ꝯtrie motis. nō aūt ꝙ motū. i. s̄m motū ignis fert nā sursū: ꝯtra vō deorsū ⁊ ipoꝝ terre ⁊ ignis sūt: sūt ꝯtrie loci mutationes. Nā ignis fert nā sursū: extra nāz vō fert deorsū. terra aūt ecōtrario: qr nāliter fert deorsū: extra naturā vō sursū [Dubitaret forte aliqs q̄re in motib° dicit oino eē contrarietas. Dicēdū ꝙ accipiēdo large ꝯtrietatē mutatio ꝯtrat mutationi ⁊ mot° motui ⁊ qes qeti ⁊ qes motui: in nullis tn̄ istoꝝ oino reperit ꝯtrarietas nisi in motu. Nā cōtraria sūt que posita sub eodē genere maxime a se distant. utrūq3 ergo ꝯtrarioꝝ d3 dicere aliqd positiue ⁊ debet dicere aliqd in genere: qes ergo ut qes vīt ⁊ ut p̄uatio est qr nō dicit aliqd positiue nō pōt simplr hēre cōtrarietatē ad aliqd. non ergo simplr nec qes ꝯtriat motui nec qes qeti. Quieti ergo ad qetē ul' qetis ad motum nō est ꝯtrietas simplr eo ꝙ deficit ibi eē in gñe. nā ut dictū est utrūq3 ꝯrioꝝ debet dicere aliqd positiue: sed mutationis ad mutationē nō est oino ꝯtrietas qr deficit ibi rd qd est de rōne distātie. mutationes enī mensurant instāti nec inter mutationes pōt attendi illa distātia que reqrit ad ꝯtrietates. in tp̄is g̃ motib° oino ⁊ magis reseruat rō ꝯtrietatis qz in aliqb° p̄dictoꝝ. posset aūt assignari spālis rō q̄re motus oino ꝯtriat motui qes tn̄ nunq3 oino ⁊ simplr contrariatur motui. sed de hoc infra patebit. [Deinde cum dicit.

[Et cōtrari° est qui est s̄m naturā ipsius: ei qui est extra naturā. Et qetes autem similiter. Que nāq3 est sursū qes: qui est de super. Deorsū motui cōtraria est. Fit aūt terre. Illa quidē qnies extra naturā: motus aūt his s̄m naturā: quare motui qes cōtraria que est extra naturā: ei qui est s̄3 nāz eiusdē. Et mot° enī eiusdē cōtrarius sic est. Alia qdē s̄m naturā ipsoꝝ erit sursum aut deorsum: alia aūt extra naturā.

¶ Adducit tertiã rõnez. Circa qđ duo facit: qꝛ p̄mo adducit huiusmodi rõnem. 2° quoddam qđ supposuerat ꝓbat ibi [si igit ꝯtrarij.] Dicit ergo ꝙ ampli⁹ ex his .i. ex dicendis est manifestũ ul'r de oi motu ꝙ scilicet motus reflexus nõ cõtinuat. Nã si omne qđ mouet: mouet aliquo dictoꝝ motuuz: qꝛ uel mouet sm ubi uel sm qualitatẽ uel sm quantitatẽ oꝫ ꝙ ⁊ omne qescẽs quiescit aliq quietũ opposita cũ dictis motib⁹. Nam qꝛ nõ est motus ali⁹ preter istos motus nõ erit aliqua qes p̄ter oppositas quietes. his suppositis patet ꝙ illđ qđ nõ semp mouetur sꝫ aliquẽ motũ. dico aũt de his motib⁹ qui sũt alteri specie ⁊ nõ si mot⁹ ille sit aliqua pars alicui⁹ totius: loquẽdo ergo de toto motu nõ de pte motus qñ aliqd non semp mouet sm hũc aliquez motũ necesse est ipm quiescere p̄us sm oppositã quietem. quies enĩz est p̄uatio mot⁹. ergo opꝫ tales motus discõtinuari. uđ ergo mot⁹ reflexi sunt ꝯtinui. ¶ Notãdũ aũt vim rationis hui⁹ in hoc ꝯsistẽ. uã si aliqd nõ semp motũ aliquo motu quiescit quiete opposita illius mot⁹ ut si aliqđ qđ nõ semp mouet deorsum p̄us ꝙ̃ moueat deorsuz opꝫ ipm quiescere quiete opposita: qꝛ opꝫ ipm quiescere sursuz opꝫ motus reflexos discõtinuari ⁊ cauere ibi quietem mediã: qꝛ qđ mouet sursum nõ semp mouet deorsuz. si ergo oꝫ incipe moueri deorsũ per suppositionẽ suppositaz opꝫ ipm quiescẽ quiete opposita qre inter motũ sursũ ⁊ deorsũ cadit qes media. ¶ Notandũ etiam ꝙ ideo p̄misit ꝙ qcqd mouet mouet aliquo dictorũ motuũ ⁊ omne qescẽs qescat aliq oppositarũ qetum ut ostendat hãc rõnem esse vniuersalẽ respectu cuiuslibet habẽtis oppositionem ad aliquã qetem. Naꝫ nullus talis mot⁹ perpetue ꝯtinuari põt. ¶ Dubitaret forte aliqs vñ sequitur hec ꝯña ꝙ si aliqd nõ semp mouet aliquo motu ꝙ prius ꝙ̃ moueat illo motu opꝫ ipm qescere qete opposita. Dicendũ ꝙ cũ loqmur de motu ul' loquimur de motu qui est ps alicui⁹ mot⁹ uel loquimur de toto motu. si loqmur de motu ꝑtiali suppõ nõ hẽt ṽitatẽ. Nã si aliqd uadat sursum successiue cõmẽsurat se ꝑtibus spatij ill⁹ mot⁹ ⁊ nõ semp mouet sm q̃libet ꝑtem spatij. attñ icipit moueri ꝑ aliquã ptẽ spatij nõ opꝫ ꝙ mot⁹ factus nulla pte spatij icipiat a qete opposito. Naꝫ põt incipe a motu facto in alia pte spatij. iđ p̃hs ait ꝙ non loqtur de pte aliq ipsius mot⁹ sed loquit de motib⁹ differentib⁹ specie nõ de ꝑtib⁹ alicuius mot⁹ que specie nõ differũt. loquẽdo igit de motu sic sũpto quicqd nõ semp mouet aliquo motu ⁊ postea mouet illo motu p̄us qescebat qete opposita ut si aliqd p̄us non mouebat sursum ⁊ postea mouet sursum de necessitate p̄us qescebat qete opposita qđ sic patet: qꝛ si aliqd nõ p̄us mouebat sursum ⁊ postea mouet duplex põt esse cã. p̄mo si qescebat qete opposita. 2° qꝛ mouebat motu ꝯtrario. si igit dicat ꝙ nũc mouet sursum. ideo p̄us nõ moueri sursuz: qꝛ qescebat qete opposita habet intẽtuz. si ṽo dicat hoc iđ esse: qꝛ mouebat motu opposito adhuc habet intẽtũ. Nã si aliqd sic mouet motu opposito deorsum ꝙ cum mouet deorsũ nõ mouet sursum opꝫ ꝙ p̄us ꝙ̃ icipiat moueri sursum ꝙ qescat qete media: qꝛ si non quiesceret qete media ⁊ sine intermissione nec a sursum deorsum ⁊ a deorsum sursũ ul' dicebat supple simul cũ mouebat deorsuz mouebat sursũ. nullo modo igit esse põt ꝙ aliqd incipiat moueri aliq motu quo p̄us nõ mouebat nisi p̄us qescat quiete opposita. p̄mis igit rõ ꝓbãt fuit ad ipossibile ꝓbans ꝙ si aliqd mouet vno motu ⁊ postea sine itermissione mouet motu ꝯtrario ꝙ simul mouet oppositis. ħ aũt tertia ratio est ostensiua. supponẽs eni p̃hs ꝙ nihil possit simul moueri oppositis motib⁹ ait ꝙ nihil mouet aliquo motu quo p̄us non mouebat nisi quiescat quiete opposita. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur contrarij quidem motus sunt: qui sm rectitudinem: simul autem nõ cõtingit moueri contrarios: quod ab .a. ad .c. feretur: nõ unqꝫ feretur simul ab ipo .c. ad .a. Quoniaꝫ autẽ nõ simul fertur: mouetur autem hunc motum: necesse est prius qescere apud .c. Hec eni opposita qes et qui est ab .c. motui. Manifestum igitur ex his que dicta sunt: quoniam nõ est cõtinuus motus.

¶ Probat qđ supposuerat. vꝫ nihil moueri aliq mo-

in quo prius nõ mouebatur nisi prius quiescat quiete opposita: quod probat ex hoc quia idem nõ põt simul moueri contrarijs motibus dicens quod si igitur contrarij quidem sunt motus qui sunt secundum rectitudinem et simul nõ contingit moueri contrarios motus quod fertur .a. quod mouetur ab .a. ad .c. nõ simul feretur ab ipso .c. ad .a. quare quod nõ simul fertur si autem mouebitur aliquid secundum hunc motum qui est ab ipso .c. ad .a. et prius nõ mouebatur illo motu necesse est ipsum prius quiescere apud .c. hec enim fuit quies apud .c. est quies opposita motui qui est .a.c. i. ab ipso .c. quare si sic est manifestum est igitur ex his que dicta sunt quod non motus reflexus nõ est continuus. ¶ Notandum autem quod si aliquid moueatur sursum et postea moueatur deorsum absque quiete media simul mouebatur oppositis motibus. quare si hoc est inconueniens oportet quod id quod mouetur sursum prius quam moueatur deorsum quiescat quiete media. igitur in omnibus mobilibus que moueri possunt contrarijs motibus prius quam moueantur contrario motu quiescunt quiete opposita. non igitur tales motus contigui esse continuos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autem et hec ratio magis propria est his que dicta sunt. Simul enim corruptum est quod non album: et quod factum est album. Si igitur continua alteratio ad album ex non albo: et ex albo ad non album non manet aliquo tempore: simul corruptum est non album et factum est album: et factum est non album. Trium enim erit idem tempus.

¶ Ponit quartam rationem dicens quod hec ratio est magis propria i. magis specialis his que dicta sunt. i. rationibus predictis. Nam simul corruptum est quod est non album et est id quod factum est album si enim continua alteratio ad album et ex albo aliquid terminus habet et nõ ex albo sed ex corruptis ut patet per litteram commenti. si ergo hoc est et nõ manet aliquo tempore. i. et nõ interponitur quies media inter motum ad album et ex albo simul corruptum est nõ album et factum est album et factum est nõ album. horum autem trium erit idem tempus quod est inconueniens. ¶ Notandum autem quod si absque quiete media cum aliquid uadit ad album postea mouetur ex albo simul fit album et non album: quia simul mouetur oppositis motibus: sed quia cum aliquid fiat album corrumpitur nõ album oportet hec tria simul esse corrumpi nõ album et fieri album et fieri non album. ¶ Notandum etiam quod si hec tria simul sunt dupliciter accidit inconueniens. Nam illa tria tribus modis combinari possunt et duplex combinatio est inconueniens. tertia est necessaria. corrumpi enim nõ album et simul fieri nõ album est inconueniens. sic etiam fieri simul album et album est inconueniens. simul tamen corrumpi non album et fieri album est necessarium. quicunque ergo dicit hec tria esse simul corrumpi nõ album fieri album et fieri nõ album duo inconuenientia ponit. impossibile est igitur inter motus contrarios nõ cadere quietem mediam propter inconuenientia que sequuntur. ¶ Notandum autem quod hanc rationem dicit esse magis propriam et specialem quam rationes precedentes: quia ille quodam modo applicari possunt ad omnem motum uel ad omnem mutationem. hec autem specialiter de generatione et corruptione uidetur arguere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius non si continuum est tempus et motus sed consequenter. Quomodo igitur erit ultimum idem contrariorum ut albedinis et nigredinis.

¶ Adducit quintam rationem dicens quod non sequitur quod si continuum est tempus quod continuus sit motus sed erit consequenter. dato enim quod inter motus contrarios nõ interponeretur tempus medium adhuc motus illi nõ essent continui: quia nõ copularentur ad eundem communem terminum nec haberent idem ultimum. Nam quomodo erit idem ultimum contrariorum ut albedinis et nigredinis quasi dicat nullo modo. albedo enim et nigredo nõ possent copulari ad aliquem unum communem terminum nec etiam per consequens motus ad albedinem et nigredinem ut dealbari et denigrari copulabuntur ad aliquem communem terminum propter quod nõ contingit tales motus esse continuos.

Lectio. XXV.

Qui autem in circulari erit unus et continuus: nullum enim impossibile contingit. Quod enim ex .a. mouetur: simul mouebitur in .a. secundum eandem positionem in quod enim ueniet: et mouetur in hoc: sed non simul mouebitur contrarijs neque oppositis.

¶ Postquam philosophus probauit nullum alium motum a circulari esse continuum et primum. In parte ista probat motum circularem esse primum et continuum. Circa quod duo facit: quia primo probat quod inter motus locales motus circularis est continuus et primus. secundo ad confirmationem eorum que superius dixerat adducit testimonia aliorum philosophorum concedentium motum localem esse priorem motum. secunda ibi [Quod autem secundum locum.] Circa primum duo facit: quia primo probat motum circularem esse continuum et primum per rationes proprias. secundo probat hoc per rationes logicas et rationales ibi [rationale autem accidit.] Circa primum duo facit: quia primo probat motum circularem esse continuum. secundo probat ipsum esse primum ibi [Quod autem lationum.] Circa primum duo facit: quia primo probat motum circularem esse continuum. secundo ex his que dixerat concludit omnes alios motus nõ esse continuos ibi [Quare neque in semicirculo.] Prima pars diuiditur in duas: quia primo probat motum circularem esse continuum. secundo quoddam quod supposuerat manifestat ibi [nõ enim omnis.] Dicit ergo. motus autem qui est in circulari erit unus et continuus. Nam hoc posito nullum impossibile contingit. quod enim mouetur ex .a. si moueatur circulariter simul mouebitur in .a. secundum eandem positionem. i. secundum eundem situm partium. In quod enim ueniet et mouetur in hoc et ex hoc sed nõ simul propter hoc simul mouebitur contrarijs neque oppositis motibus quare si motus rectus. ideo continuari nõ potest: quia secundum talem motum nõ potest aliquid moueri ab eodem in idem nisi simul moueatur contrarijs motibus eum in motu circulari hec causa euacuetur: quia potest aliquid simul moueri ex hoc et in hoc et ex eodem in idem absque eo quod moueatur contrarijs motibus nõ est inconueniens talem motum esse unum et continuum. ¶ Dubitaret forte aliquis quomodo motus circularis secundum eandem potentiam est ab eodem in idem ut ab .a. in .a. Dicendum quod hoc dictum est ad differentiam motus recti. Nam motus rectus quandocunque est si debet reiterari nõ reiteratur secundum eandem positionem. ut si aliquid mouetur sursum finito illo motu si debet postea moueri ad eundem terminum a quo recessit nõ reseruatur ibidem ordo partium immo partes quas primo pertransiuit eundo sursum postea ultimo pertransit redeundo deorsum ita quod transit a deorsum. deorsum uariato ordine partium: sed in motu circulari quando completa est reuolutio si iterum

debet eqdem reuolutionē efficē ꝛ oꝫ redire ad eūdē pūctuꝫ tenet eūdem ordinē partiū quē prius tenuerat ut ptes quas mobile pmo ptrāsiuit in pma circulatiōe ptransit etiā post in circulatione secunda. q si sic nō faceret sed cōpleto circulo partes q̄s pertrāsiuit ultimo trāsiret. primo nō esset ibi circulatio sed esset ibi motus reflex⁹ ꝛ retrogradus nec cōtinuaretur talis mot⁹. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs q: nō videt hic phūs pbare motū circularem esse vnū ꝛ cōtinuū: sed solum ostēdit q possit esse vnus ꝛ continuus. Dicendū q phūs supponit motū illum esse perpetuū sm tps quare si motus ille nō habet ɔtrariū ꝛ inter vnā circulatione ꝛ aliā nō cadit tps mediū. oportet q motus ille sit vnus ꝛ cōtinuus. Nā quecunqꝫ motus possunt cōtinuari si cōtinuant hoc est q: incidit ibi tempus mediū sed si vna reuolutio celestis pōt continuari cū alia ꝛ nō interponit ibi tempus mediuꝫ oportet motū illū esse vnū ꝛ ɔtinuū. uel possum⁹ dicere q q: phūs posuit motum illum esse perpetuum ꝛ eternū: q: in perpetuis nō differt esse ꝛ posse. Jdeo si potest esse continuus sm ipsum sequitur q sit ɔtinuus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non enim omnis qui est in hoc ei qui ē ex hoc contrarius est neqꝫ opposit⁹: sed cōtrarius in recta qdē. Hic eni est cōtrarius sm locum: ut qui sm diametrū. Distat enim plurimum. Oppositus autem qui est sm eandem longitudinem. Quare nihil prohibet moueri continue: ꝛ nullo tempore deficere.

¶ Probat qđ supposuerat: supposuerat eni motū circularē nō habere ɔriū. Nam moueri ab. a. in. a. circulariter nō est moueri motu ɔtrario sicut cōtingit in motu recto. cōtrarij aūt motus tripliciter considerant. primo q̄tū ad distātiā terminorū. secūdo q̄tum ad ipsos terminos. tertio q̄tum ad media per que deuenit ad h⁹ terminos. tria ergo facit: q: primo pbat q in motu circulari nō reperitur cōtrarietas rōne sumpta ex parte distantie. secundo pbat hoc rōne sumpta ex parte terminoꝝ. tertio ex rōne sumpta ex pte medij. secūda ibi [circularis qdē.] 3ª ibi [ꝛ quidē in circulo.] Dicit ḡ q nō ois mot⁹ qui est in hoc ꝛ est cōtrarius nec est opposit⁹ ei qui est ex hoc sed qdē in recta. i. in linea recta contrarius est supple ille mot⁹ qui est ex hoc ei qui est in h̄ huic mutationi est cōtraria mutatio que est sm locū ꝛ vna mutatio que est sm diametruꝫ est supple ɔria mutationi reflexe per eandē diametrū. Naꝫ hec mutatio que est opposita sm eandē longitudinē ꝛ sꝫ diametrū distat plurimū q̄re in talib⁹ reꝑit̄ ɔrietas: q: ɔria sunt q̄ plurimū distant a se talia igitur cōtinuari nō potecūt quare cū hoc reperiatur in circulo nihil pbibet qđ moueat circulariter ɔtinue moueri ꝛ nullo tpe deficere. ¶ Dubitaret forte aliqs: q: videt h̄ phūs uelle in circulo nō repiri cōtrariū sed in recto eo q in recto ꝛ lōgitudine siue in diametro repit distātia plurima. nō aūt in circulo. hoc aūt videt esse fl̄m. Nā si ab eisdem pūctis ducat linea circularis ꝛ recta sicut appet in chorda ꝛ arcu maior distantia repit sm lineam circularem q̄ sm rectā. Dicendum q sm diametruꝫ ꝛ longitudinem accipitur maior ꝛ minor distātia terminorū ꝛ nō sm lineā circularē nō q: ab eisdem punctis dicta linea circularis ꝛ recta nō sit maior linea circularis q̄ recta: sed q: mēsura distātie terminoꝝ nō est accipiēda sm lineā curuā sed sm rectā. mēsura eni ut vult pħs x° metħ° oꝫ dicē qd certū: sed sm lineā circularē nō pōt accipi certa distātia terminoꝝ: q: ab eisdē pūctis duci pūt plures linee circulares quarū alie erūt maiores alie vō minores. q si sm tales lineas deberem⁹ mēsurare distātiā terminoꝝ eosdē terminos iudicarem⁹ magis ꝛ min⁹ ad seinuicē distare qđ est icōueniēs. mēsura igit h⁹ distātia erit linea recta sed cū q est mēsura alicuius in aliq̄ gn̄e accipit minus ꝛ maius ꝛ maximū in illo gn̄e. iō maiorē ꝛ minorē ꝛ maximā distātiā terminoꝝ nō accipiemus sm lineā circularem sed sm rectam. Cū ergo ɔtrarietas accipienda est sm illud sm quod sumit maxima distantia nō erit cōtrarietas sm lineam circularem sed sm rectam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Circularis qdem eni mot⁹ ē ab eodē in idem. Rectus autem ab eodem in aliud.

¶ Ostenso in circulo nō esse ɔrietatem rōne distātie que reqrit ad ɔria ostendit in eo nō esse ɔrietatem rōne terminoꝝ: q: nō est in motu circulari alietas terminorū quaꝫ opꝫ esse in ɔrijs. Jdeo ait circularis quidē mot⁹ est ab eodē in eodē. rect⁹ aūt eodē in aliō. in recto ḡ poterit eē ɔrietas ubi est alietas terminorū nō in circulo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et q qdē in circulo: nequaq̄ in eisdeꝫ ē. Qui vō sm rectitudinem multotiens in eisdē est. Eum qdē igitur q semper in alio ꝛ alio fit contingit moueri continue. Qui vō in eisdem multotiēs nō contingit: necesse est enim simul moueri contrarios.

¶ Ostēdit h̄ idē rōne medioꝝ dicēs q mot⁹ qdē qui est in circulo: nequaq̄ est in eisdē medijs. mot⁹ vō q est sm rectitudinē est ml̄totiēs. i. pluries in eisdē medijs. cū qdē igit. i. sꝫ eū motū q semp fit in alio ꝛ alio medio ɔtingit ɔtinue moueri ꝛ nō est in eo ɔrietas. sm motū vō q est multotiēs. i. pluries in eisdē medijs nō ɔtingit ɔtinue moueri pp ɔrietateꝫ ibi reptā: necesse est eni idē sil̄ moueri sꝫ ɔrios motus si supple in tali motu sit cōtinuitas. ¶ Dubitaret forte aliqs q: vꝫ esse idē iudiciū de terminis ꝛ de medijs. sicut ḡ mot⁹ hn̄tes terminos ɔrios sibi inuicē ɔriant sicut vꝫ mot⁹ hn̄tes alia ꝛ alia media sibi inuicē ɔriant. Dicēdū q nō est sil̄e de medijs ꝛ de terminis. imo totū est eꝫ. nam mot⁹ habentes alietatem terminorū habēt ɔrietatem. habētes vō alietatē medioꝝ nō habent cōtrarietatē qđ sic declarat. Nam cū motus recipiāt spēm ex terminis patet q si motus cōtrarij sunt alij adinuicē oportet terminos illoꝝ motuū esse alios adīuicē: in medijs aūt non sic. Nam si itur a sursum deorsum ꝛ fit redit⁹ deorsum sursum itur per eadē media: q: idem spatiū est a deorsum sursum ꝛ a sursū deorsū ꝛ q: reiterat ibi idē spatiū ꝛ ideꝫ medium fit reflexio in illo motu ppter qđ h⁹ motus discontinuat ratione reflexionis ꝛ reperitur ibi rō ɔrietatis. Jn circulo autē nō sic. Naꝫ si aliquod mobile in linea circulari incipiat moueri ab aliquo puncto ab illo pūcto recedet per illū semicirculū ꝛ redibit p aliū ita q nō per idē mediū recedet ab illo pūcto ꝛ re-

dibit ad ip̄z:ideṗtitas ḡ medij facit ꝯrietatē in mo
tu rōne reflexionis.alietas v̄o medioꝝ tollit hᵘ᷑ ꝯ-
rietatem q᷑ tollit reflexionem. ¶Deinde cū dicit.

¶ Quare neq̄ i semicirculo neq̄ i alia cir
culatiōe neq̄ vna contingit moueri cōn
nue. Multotiēs eni necesse eadez moue
ri:ꝛ contrarias mutationes mutari. Nō
eni copulat ꝑncipio finem. Qui autez cir
culi copulat:ꝛ solus est perfectus.

¶Ex his que dixerat cōcludit alios mot⁹a circulari
nō esse ꝯtinuos. Circa qd̄ tria facit:q᷑ ꝑ ōn̄dit mo-
tus factos in ptib⁹circuli nō esse ꝯtinuos ſʒ decla
rat mot⁹alios nō eē ꝯtinuos.3°ex his que dixerat
ōn̄dit r̄eprehēsibiles eē antiquos pħos.2°ibi⌊ ma
nifestū aūt.⌋ 3ᵃ ibi⌊ manifestū igit.⌋ Dicit ḡ neq̄ i
semicirculo neq̄ in alia circulatione q̄ʒ in circula-
tione cōpleta.neq̄ in vna.i.neq̄ in vna aliq̄ parte
circuli ꝯtingit moueri ꝯtinue:q᷑ necesse est multo-
tiēs moueri eadē.i.per eadē media ꝛ per ꝯn̄s ꝯtin
git mutari ꝯrias mutatiōes.nō eni mot⁹ qui est in
ꝑte circuli copulat finē ꝑn°ſʒ solus mot⁹qui est cir-
culi cōpleti copulat fīnē ꝑn° ꝛ solus ille est ꝑfectus
ꝑpter qd̄ in solo eo reꝑitur ꝯtinuitas. ¶Notādū
aūt q̄ si non sit circulatio cōpleta sed sit semicircu
lus ul' alia portio circuli nō ꝯtingit ibi redire ab eo
dē in idē nisi fiat reflexio per idez medium. Ita q̄
multotiēs trāseat idem mediū q̄re in solo circulo
cōpleto pōt eē uera ꝯtinuitas. In alijs aūt nō ē ibi
ꝯtinuitas ſʒ est ibi reflexio ꝛ per ꝯn̄s est ibi aliqua
lis contrarietas. ¶Deinde cum dicit.

¶ Manifestum autē ꝛ ex hac diuisione:quo
niam non contingit alios motus esse cō
tinuos. In omnibus eni accidit eadē mo
ueri multotiens:ut in alteratione media:
ꝛ i eo q est quantitas ꝑm mediuz magni
tudis:ꝛ in generatione ꝛ corruptione si-
militer. Nihil eniʒ differt pauca:aut mul
ta facere:in quibus est mutatio:neq̄ me
dium ponere aliqd:aut auferre. Utrobi-
q̄ eniʒ accidit eadem moueri multotiēs.

¶Ostēdit q̄ in alijs motib⁹etiā nō est cōtinuitas di
cēs manifestū est aūt ex hac diuisione.i.ex hac di-
stinctione ꝛ ex hac diff̄ia quā assignauim⁹ iter mo
tū circularē ꝛ rectū.q̄m nō cōtingit alios mot⁹esse
continuos. Nā si mot⁹ circularis ideo pōt esse cō-
tinuus:q᷑ fit ibi redit⁹ab eodē in idem per alia me
dia:q᷑ in oībus alijs motib⁹si fiat redit⁹ad eundez
terminū accidit moueri m'totiēs eadē.i.per eadē
media. Ideo.s.tales mot⁹nō sunt ꝯtinui ut in alte-
ratione accidit moueri per eadē media ꝑm q̄litatē.
Ideo ꝟo motu q̄ni est quantitatis ut in motu aug
mēti ꝛ diminutiōis accidit moueri ꝑm mediū ma
gnitudinis.sil'r aūt ꝛ in ḡnatiōe ꝛ corruptione acci
dit moueri per eadē media.addit aūt q̄ nihil dif-
fert facere pauca:aut multa media in q̄b⁹est muta-
tio.neq̄ differt ponere.i.apponē aliqd mediū aut
auferre.utrūq̄ eni.i.ꝑm utrūq̄ accidit multotiēs
moueri eadē.i.ꝑm eadē media. ¶Notandū autē
q̄ in trāsmutationib⁹ad formā accidit rōne medio
rū duplex diuersitas.ꝑmo q᷑ in aliq̄b⁹ e trāsmuta-
tio per plura media in aliq̄b⁹ per pauciora:ut si ali

quid moueat a nigro in fuscū ꝛ iteruz redeat in ni-
grum nō trāsit per tot media sicut si moueret a ni-
gro in albū. ꝛ iteꝝ rediret in nigrū.2° accidit ibi di-
uersitas:q᷑ aliq̄n̄ apponunt media aliq̄ aliq̄n̄ aufe
runt aliq̄ mediocū: ut si ex igne fieret aer ex aere
aq̄ ex aq̄ terra:si postea terra ꝯuerteret in ignē nō
mediāte aliq̄ medio ex igne erit facta terra per ap
positionē pluriū medioꝝ.ex terra v̄o fieret ignis ꝑ
ablationē medioꝝ.hec ergo nō uariant ꝑpositū:q᷑
quocūq̄ mō sumat talis diuersitas medioꝝ nūq̄
fit reditio in talib⁹ motib⁹ ab eodē in idē nisi reite-
rent oia ul' aliq̄ media.nō eni pōt fieri ex igne ter-
ra ꝛ ecōuerso.nisi mō cōtrario uel per oēs uel sal-
tem per aliquas easdem dispositiones per q̄s ibat
ab igne ad terrā:ꝛ q᷑ oīs talis reiteratio mediorū
arguit reflexionem motus nulli tales motus pote
runt esse continui. ¶Deinde cum dicit.

¶ Manifestū igit ex his q̄m neq̄ phisiolo
gi bene dicūt oia sensibilia moueri semꝑ
dicētes. Moueri eni necesse est aliquē ho
rū motuuz:ꝛ maxie ꝑm illos est alterari.
Fluere eni dicūt ꝛ semꝑ corrūpi. Adhuc
aūt et generationē et corruptionē altera
tionē dicūt. Nō aūt nunc dixit vniuersali
ter de oī motu:q̄ ꝑm nullum motum cō
tingit moueri extra q̄ꝫ circulo. Quare
neq̄ ꝑm alterationem:neq̄ ꝑm augmē
tum:q̄ qdem igitur neq̄ infinita sit muta
tio neq̄ vna:neq̄ continua extra circuli
motum nobis dicta sint tanta.

¶Ex dictis supius ostendi reprehensibiles esse pri-
mos pħantes dicēs:manifestuz igit ex his q̄ neq̄
ꝑmi phisiologi bn̄ dicūt dicētes oia sensibilia sem
per moueri. Nā si necesse est semꝑ moueri oia sen-
sibilia necesse est ea moueri ꝑm aliquē hoꝝ motuū
in q̄bus nō pōt esse cōtinuitas ꝛ maxime ꝑm illos
antiquos pħos est.i.cōtigit alterari supple ꝯtinue
h⁹ sensibilia.fluere eniʒ ea dicūt semꝑ ꝛ corrumpi.
Adhuc aūt ꝛ ḡnationē ꝛ corruptionē alterationez
dicūt quare si dicūt ea cōtinue fluere ꝛ corrūpi di-
cūt ea continue alterari sed hoc est ꝯ ꝓbabita. Nō
aūt nūc facta dixit.i.ꝓbauit vniuersaliter de om
ni motu q̄ ſʒ nullū motum cōtingit aliqd moueri
cōtinue extra q̄ʒ in circulo quare neq̄ ſʒ alteratio
nē neq̄ ꝑm augmētū pōt esse ꝯtinuus ut ponebāt
ꝑdicti pħi.addit autez quasi epilogando dicēs q̄
qdē igit neq̄ vna mutatio sit neq̄ infinita neq̄ cō
tinua ex̄ motum circuli.i.extra motū circularē no-
bis.i.a nobis dicta sint tāta. ¶Deinde cum dicit.

¶ Quod autem lationum circularis pria
sit:manifestum est. Omnis enim ꝑm lo-
cum motus:sicut ꝛ prius diximus:aut in
circulo:aut in recto:aut mixtus est. Hoc
autem necesse est priores esse illos. Ex il-
lis enim constitutus est.

¶Ostenso q̄ latio circularis est continua.hic osten-
dit q̄ est prima.Circa quod tria facit:q᷑ ꝑmo ostē-
dit q̄ motus circularis est prior q̄ʒ motus mixtus.
secundo q̄ est prior q̄ʒ motus rect⁹.tertio q̄ est pri
or q̄ʒ omnes alij motus.secūda ibi⌊ recto aūt.⌋ 3ᵃ

sibil ampli⁹ p̄or est. [Dicit g̃ q̃ sūt latio circularis sit prima lationū manifestū est ex dicēdis. ois eni3 mot⁹ f̄m locū sicut pri⁹ diximus aut est in circulo. aut in recto. aut est mixt⁹ ex utroq3. illos aūt v3 rectū ⁊ circularē necesse est esse priores h̄ est .i. mixto. Nā mixt⁹ est ɔstitut⁹ ex illis. illi ergo p̄cedūt ip̄m sicut simplicia ⁊ cōponētis p̄cedūt cōpositū. arguit̃ ergo sic. rectus ⁊ circularis sunt priores mixto. ergo circularis est prior mixto. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Recto aūt circularis: simplex eni ⁊ pfect⁹ magis est. In infinitū eni nō est rectum ferri: sic eni infinitū nō est: sed neq3 si eēt: moueret̃ utiq3 nihil. nō eni fit ipossibile. Trāsire aūt i infinitū ipossibile est: i finito aūt recto reflectēs q̄dē cōposit⁹ est: ⁊ duo sunt mot⁹. Nō reflexus autē iperfect⁹ et corruptus. Prius aūt ⁊ natura ⁊ ratione ⁊ t̄pe est perfectum quidem imperfecto. Corruptibili autem icorruptibile.

¶ Probat circularē eē p̄orē recto dicēs q̃ circularis est p̄or recto: q2 est magis simplex ⁊ magis pfect⁹ nam in infinitū nō est .i. nō contingit fieri rectū. nam sic nō est aliq̄d infinitū: q2 nō est dare spatiū infinitu3 ut sup ip̄m fieri possit infinit⁹ mot⁹ rect⁹: s3 neq3 si eēt tale spatiū infinitū moueret̃ utiq3 nihil f3 ip3: q2 nō fit q̄d ipo[ss]ⁱᵉ ē fieri ⁊ trāsiri. trāsire āt infinitū est impossibile. op3 g̃ spatium eē finitū in q̃ fit mot⁹ rect⁹. in spatio aūt finito recto si sit mot⁹ reflectēs .i. reflex⁹ erit mot⁹ cōpositus ⁊ erūt duo mot⁹. si aūt sit nō reflexus erit impfect⁹ ⁊ corrupt⁹: sed p̄us est nā ⁊ rōne .i. intellectu ⁊ t̄pe pfectū in pfecto ⁊ icorruptibile corruptibili. circularis igit̃ ē prior recto. ¶ Notādū aūt q̃ vis rōnis hui⁹ in h̄ cōsistit: q2 in spatio finito recto uł nō perpetuatur mot⁹ uł op3 q̃ reflectat̃ si non perpetuat̃ est impfect⁹ ⁊ corruptibilis. si reflectitur nō est simplex: sed cōposit⁹. cū g̃ mot⁹ circularis in sua simplicitate p̄manens sit pfect⁹ ⁊ ɔtinuus op3 hūc motū p̄cedere illū sicut pfectū impfectū ⁊ sicut simplex cōpositū ⁊ sicut icorruptibile corruptibile. ¶ Dubitaret forte aliq̃s de eo q̄d ph̄us ait q̃ si eēt spatiū infinitū nihil moueret̃ f3 illud: q2 est impo[ss]ⁱᵉ ptrāsiri. g̃ nullus mot⁹ fit a nā nisi possit finiri. hoc aūt vi eē falsū cū mot⁹ celestis sit infinit⁹. Dicēdū q̃ infinitū pōt intelligi dupł'r ut dicebat̃ in .6. uel f̄m terminos uel f̄m t̄ps. cū g̃ motus recipiat spēm ex termino ipo[ss]ⁱᵉ est motū eē infinitū f̄m terminos. nō est aūt f̄m p̄hm ipo[ss]ⁱᵉ motum eē infinitū f̄m t̄ps. in spatio ergo infinito nō eēt motus: q2 mot⁹ ille eēt infinit⁹ f̄m terminos q̄d de motu circulari nō cōtingit simpliciter dici cu3 sit ab eodem in idem ⁊ cū fiat sup magnitudine simpliciter finita. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius p̄or est quez cōtingit perpetuum esse nō contingenti. Circularē quidē igitur cōtingit perpetuū esse: aliorum autem neq3 loci mutationē: neq3 alium: neq3 vnū cōtigit eē perpetuū: statū eni op3 fieri. Si aūt stat̃ est corrupt⁹ ē mot⁹ p̄or.

¶ Ostēdit motū circularē esse priorē oi motu t̄a locali q̃3 alio dicēs q̃ ampli⁹ prior est mot⁹ quē ɔtingit esse perpetuū. nō ɔtingēti circularē quidē igit̃ manifestū est ɔtingē esse perpetuū. alioꝝ aūt motuu3: neq3 loci mutatione neq3 aliū aliquē motū ɔtingit eē p̄petuū. op3 eni ibi fieri statū .i. quietē. si aūt est ibi status .i. qes mot⁹ est corrupt⁹ ⁊ per ɔñs est interruptus ⁊ discōtinuat⁹ ⁊ nō perpetu⁹ quare motum circularē ɔtingētē esse perpetuū omni motu nō cōtingente esse. esse perpetuū op3 esse priorem.

Lectio .XXVI.

Rationabilr aūt accidit circularem vnū eē ⁊ ɔtinuū ⁊ nō rectu3. Eius eni q̄ i recto determiatū ē p̄ncipiū ⁊ finis ⁊ medium et oīa hec h̄ēt in seip̄o. Quare ē vñ icipiet q̄d mouet̃: et ubi finiet. Apō termios eni q̄escit oē aut vñ: aut ubi. Circularis aūt ideterminati sūt. Quid eni magis q̄cūq3 termin⁹ eoꝝ q̄ sūt i linea. Sil'r eni vnūq̄dq3 p̄ncipiū ⁊ mediū ē ⁊ finis: ut et sp̄ q̄dā sint in p̄n° ⁊ fine et nūq3.

¶ Postq̃3 ph̄us ɔbauit motū circularē esse ɔtinuū ⁊ p̄ᵐ per rōnes ph̄icas ⁊ ɔprias in parte ista ɔbat hoc idē per rōnes ex̃neas ⁊ logicas. Circa q̄d duo facit. q2 p̄mo ɔbat motū circularē eē ɔtinuū. 2° probat ip3 esse p̄ᵐ ibi [accidit aūt ɔuersu3.] Circa p̄ᵐ duo facit: q2 p̄ ostēdit motū qui fit ex spera eē ɔtinuum. 2° ex his que dixerat māifestat quō se habeat spera ad q̄etē ⁊ motū ibi [vnde mouet̃ ⁊ quiescit.] Dicit ergo q̃ rōnabil'r aūt rō accidit motū circularē esse vnū ⁊ ɔtinuū ⁊ nō esse vnū ⁊ ɔtinuū eū motum qui est in rectum. Nam eius mot⁹ qui est in recto determinatū est p̄nᵐ ⁊ finis ⁊ mediū. nā huiusmodi mot⁹ oia hic h̄et determinate in seipso q̄re ē assignare in h° motu vñ incipiat q̄d mouet̃ ⁊ ubi finiet motū suū. na3 apō terminos quiescit oē tale mot̃. nā aut q̄escet apō terminū: vñ incepit moueri .i. apud terminū a quo aut quiescet ubi finit motū .i. apō terminū ad quē: sed ipsius circularis motus sunt termini ideterminati. q̄d eni magis q̄cūq3 signū signoꝝ eorūq3 sunt in linea sperica est terminus q̃3 aliō. signa eni in spera vniformiter ⁊ sil'r se h̄ñt nec est vnū magis termin⁹ aut p̄nᵐ q̃3 aliud: sed vnūq̄dq3 tale signum est sil'r p̄nᵐ mediū ⁊ finis ita ut semp signa que sūt in sp̄a sunt signa quedā in p̄n° ⁊ sine po° ⁊ nūq3 sunt in p̄n° ⁊ fine actu. ¶ Notandū aūt vim rōnis huius in hoc ɔsistere q̃ q2 in motu recto p̄nᵐ ⁊ finis h̄ñt esse determinatū in circulo v̄o indeterminatū. iō mot⁹ circularis pōt esse perpetuus ⁊ ɔtinuus ⁊ nō rect⁹. ¶ Dubitaret forte aliq̃s: q2 vi̅ q̃ hec rō nō sit rōnalis ⁊ logica: imo vi̅ esse mathematica ut ɔ̄ter att. sed cu3 mathematica dicat̃ scia disciplinalis logica v̄o rōnalis debuit dicere hoc disciplinabil'r accidere nō rōnabil'r. Dicēdū q̃ hoc appellat̃ logicū omne extraneū. ⁊ q2 hec rō nō est oīno ɔprie ph̄ica s3 est aliq̃ mō extranea: iō dicit̃ rōnalis. uel possum⁹ dicere q̃ licet ɔsiderare centrū ⁊ speraz f̄m rōnem q̃titatiuā ɔtineat ad mathematicū. t̄n ɔut in talib⁹ fundant̃ quedā intētiones cōes ut act⁹ po° determinatū ⁊ indeterminatum p̄ñt inde formari rōnes logice ⁊ cōes. ⁊ q2 rō facta ut̃ h⁹ intentōib⁹ coib⁹. ideo vi̅ esse rōnalis ⁊ logica. ¶ Ulterius forte dubitat̃ et aliq̃s utrum mot⁹ circularis habeat ɔtinuitatez ex pte mobilis. ¶ Dicēdu3 q̃ q̄druplici via uenari possum⁹ ex pte

est quod mouetur circulariter quod non sic repugnat ei quod continuetur et perpetuetur sicut repugnat motui recto. Prima via sic patet. Nam signum quod est in potentia est continuatiuum ut est in actu est diuisiuum: unde in linea recta non sunt nisi duo puncta in actu terminantia lineam: cetera vero puncta continuatiua partium linee non sunt in actu: sed in potentia. cum ergo in spacio recto sit assignare principium et finem in actu: quia ea que sunt in motu oportet respondere his que sunt in magnitudine sicut in spacio recto est assignare finem in actu. ita cum per motum peruentum est ad finem spacii recti oportet quod ibi sit mutatum esse in actu non ulterius ergo continuabitur ille motus poterit tamen incipere alius motus. sicut enim in linea cum peruentum est ad punctum in actu sumus in fine linee et non ulterius durat illa linea: sic in motu cum peruentum est ad mutatum esse in actu finitur motus ille et non ulterius durat. in linea autem circulari non sic. Nam omnia signa sunt ibi in potentia sicut ergo nullum est ibi signum in actu sic nullum est ibi signare signum ad quod cum peruentum fuit oporteat quod sit ibi mutatum esse in actu ita quod non ulterius duret motus ille: sed semper ulterius continuari poterit ibi motus. Ex hac autem prima via sequitur secunda. nam quia in linea recta sunt puncta actu terminantia ipsam aliud est ibi principium aliud finis. in linea vero circulari ubi omnia hec sunt in potentia et indeterminata que in motu facto super recto est ibi alietas terminorum et per consequens est ibi contrarietas ut superius dicebatur. in circulo vero ubi idem est finis et principium non est proprie contrarietas motuum et quia motus contrarius non perpetuatur nisi contrarius vero perpetuari potest ideo motum circularem continuari posse et non rectum probari potest ex parte ipsius motus circulariter non solum quia ibi non sunt signa determinata et in actu ut dicebat ratio prima: sed etiam quia in tali motu non est alietas terminorum ut dicit hec ratio secunda. tertia via sumit ortum ex hac secunda. Nam ubi non est alietas terminorum non oportet fieri reflexionem ut perpetuetur motus: quia oportet in recto ubi termini sunt diuersi: et quia motus reflexi non continuantur: non motus circularis potest esse continuus et non rectus. quarta via ex omnibus his habitis sumit ortum. nam si in circulo non est determinatum principium neque finis: sed quilibet punctus potest esse principium et finis. antequam enim quilibet punctus potest esse finis in nullo puncto habet quod incipiat motus quare in fine ut finis nihil incipit. prout vero quilibet punctus potest esse principium in nullo puncto habet quod finiat motus: ideo probabiliter quod non est dare unde motum incipiat aut finiat. quia non magis unum signum est ibi principium quam aliud sed semper quod mouetur est in principio motus est semper in fine in potentia et nunquam in actu. Semper ergo poterit ibi continuari motus. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis utrum motus ille possit perpetuari ex parte motoris. Dicendum quod omnis motus factus virtute non organica nec fatigabili sed quod huiusmodi est perpetuari potest. cum ergo motores celorum moueant per virtutem non affixam organis: quia mouent per intellectum et voluntatem non mouent cum labore et pena quare motus ille poterit perpetuari. motus autem animalium qui fit per virtutes affixas musculis et neruis perpetuari non potest: quia laborant et fatigantur organa in mouendo. patet ergo quod ex quo incepit motus celestis semper perpetuari potest et cum celeste corpus sit orbiculare ex parte eius non est assignare causam quare nunc incipit moueri et non prius et quia non finiatur motus talis et non prius siue post sed quod incipit motus eius et quod aliquando cesset causa principalis est ordo diuine sapientie. quia enim ante mundi originem et ab eterno sic ordinauit in seipso et sic disposuit deus: ideo sic incepit motus celi et sic finietur ut ipse per sapientiam suam ordinauit. Commentator autem dicit hac ratione esse necessarium quia motus celi nec incepit nec desinat: quia in celo et in circulo secundum quod huiusmodi non est dare unum signum esse magis principium vel finem quam aliud: sed ad pauca respiciens de facili enunciauit. licet enim causa ex parte celi assignari non potest ex parte diuine sapientie assignari poterit. tenent enim quamplurimi quod ex parte celi potest assignari ratio quare inceperit motus eius: quia eo quod creatura est eternum esse non potest sed hoc omnino et inconstanter uerum est quod nulla creatura necessario est eterna: ut in principio huius. 8. diffusius diximus ostendimus enim ibidem creaturam productam esse ex eo quod est a deo uolita: tunc ergo facta fuit quando ipse uoluit eam fieri: et quia uoluit eam fieri in tempore omnis creatura est temporalis: utrum autem potuerit eam facere ab eterno et utrum repugnat creature quod possit esse coequeua suo creatori non est presentis speculationis. ad presens autem intantum dictum sit quod dato quod de ratione creature sit quod inceperit non est tamen de ratione eius quod nunc inceperit propter quod et si ex parte celi possumus assignare rationem quod inceperit motus eius: tamen cum in celo et in circulo secundum quod huiusmodi ut dicebatur omnia signa sint indeterminata respectu inceptionis et finis motus non est dare quare nunc magis inceperit motus eius quam prius: sed omnia hec reducenda sunt in ordinem diuine sapientie in artem illam. scilicet principalem de qua dicemus commentator. 12. methaphysice. quia ab ea ordo et dispositio et motus stellarum proprias mensuras sumit. quod autem intelligendum sit quod in celo omnia signa sunt indeterminata quantum ad principium et finem motus infra patebit.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde mouetur et quiescit quodammodo spera. Eundem enim obtinet locum. Causa autem est: quod omnia hec accidunt centro principium enim et medium magnitudinis et finis est. Quare propter id quod extra circulationem est: non est ubi quod fertur quiescat: sic enim semper fertur circa medium sed non ad ultimum: propter hoc autem manet: et semper quiescit quodammodo totum: et mouetur continue.

¶ Ex his que dixerat manifestat quomodo se habeat spera celestis ad quietem et motum dicens quod mouetur et quiescit quodammodo spera. quod autem quiescat patet quia eundem obtinet locum. causa autem quare spera sic quiescit et mouetur est quia omnia hec accidunt. i. conueniunt centro. principium enim et medium et finis magnitudinis reperitur in centro quare propter id quod principium medium et finis actu est extra circulationem i. extra circumferentiam non est assignare ubi quiescit quod fertur nec est assignare quod peruenit. non est enim ibi dare aliquod signum de quo possimus dicere quod cum peruentum fuerit ad hoc tunc cessabit omnis motus: semper enim spera fertur circa medium sed non fertur ad ultimum. i. ad centrum propter hec autem totum celum manet et quiescit quodammodo et tamen mouetur continue: ita quod totum quiescit et totum mouetur. ¶ Notandum autem quod centrum est actu medium spere et est finis inquantum linee ducte a circumferentia terminantur ad ipsum et etiam principium quia linee incipientes a centro ad circumferentiam terminantur. si ergo motus circumferentie esset ad centrum cessaret motus eius: sed cum motus circumfe

rentie sit circa centrũ nõ est assignare in ipsa circũferẽtia. vnde mot⁹ incipiat ꝛ vnde finiat quare tota spera semp quiescit ꝛ semp est in eadez distantia a centro ꝛ semp mouet: quia semp uertit circa ipsũ. ¶ Dubitaret forte aliquis: qꝛ cum quiescere ꝛ moueri sint opposita ꝛ opposita nõ possunt inesse eidẽ ꝛ fm idem nõ videt possibile ꝙ tota spera fz se totam quiescat ꝛ fm se totam moueat. Dicendum ꝙ lz tota spera quiescat ꝛ tota moueat: hoc tñ nõ est fm idez: qꝛ nõ est eodẽ modo sed tota quiescit per accidẽs. mouet aũt per se uel tota quiescit ratione totius mouet aũt ratione partiũ sic eni imaginari debemus ꝙ spera fm p^{tor} naturaliter diuiditur in duas partes in centrũ ꝛ circũferentiã. cũ ergo centrũ sit aliqd ipsius celi totũ celũ qescit per accidẽs ratione centri ꝙ quiescit mouet aũt per se ratione circũferẽtie que mouet uel cum ptes celi mutẽt locum fm subam ꝛ dispositionẽ. totuz ṽo celũ ut p^{tor} ait mutet locũ fm dispositionẽ nõ fm substãtiam totũ celũ mouetur tantũ tum totũ mutat locuz. ꝛ totum quiescit inqũtum totũ nõ mutat locũ fm substãtiã uel totũ celũ mouet ratione ptiũ: qꝛ partes mutant locũ fm subam. semp eniz totũ celũ est circa totam terrã sed semp totũ celum respicit totam terrã fm eandẽ diffinitionez: sed lz totũ celũ semp habeat aspectũ ad eandẽ terrã. partes ṽo celi a oĩ semp aspiciũt easdẽ terre ptes q̃re partes celi etiã fm substantiã mutant locũ. celũ ṽo totuz locũ mutat fm dispositionem tm̃. diuersis ergo vijs: ut patet per habita saluare possumus quomodo totum celum mouetur ꝛ totũ quiescit. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Accidit autem cõuersum ꝛ nãqz quoniam mensura motuũ circulario primã necesse est ipsam esse. Omnia enim mensurantur primo: ꝛ qꝛ ꝑus mẽsura alioꝝ est.

¶ Adducit quasdã rõnes cõmunes ad ꝓbandũ motum circularem esse primũ. Circa qđ duo facit fm ꝙ duas rõnes adducit ad ꝓpositũ. scđa ibi [amplius aũt.] Dicit ergo ꝙ accidit autẽ cõuersim .i. per rationez cõuertibilem ꝙ motus circularis sit motus primus ꝛ nãqz qm circulatio est mẽsura oium motuum. ideo necesse est ipsam esse rationez primã: quia oia mẽsurantur primo sut generta ꝛ cõuertitur. Nam qꝛ mot⁹ circularis est primus. ideo est aliorum motuuz mẽsura. est ergo hec ratio conuersa idest cõuertibilis: ut qꝛ motus circularis est mensura ꝛ conuerso: quia est mensura est primus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autem ꝛ regularez contingit circularem esse solum. Que enim in recto a principio irregulariter ferunt: ꝛ ad finẽ. Oia enim q̃nto distãt quidez plus a quiescente feruntur uelocius. Circularis autem solus: neqz finis: neqz principiuz in ipso aptum natum est esse sed extra.

¶ Adducit secũdaz rõnẽ dicens ꝙ amplius per hũc solum motũ circularẽ cõtingit esse regularez nãqz ferunt in recto feruntur irregulariter a principio ꝛ ad finez. omnia enim que mouent in recto quanto plus distant a quiescente uelocius feruntur uerũ est si mouentur naturaliter sed si mouent violẽter est ecõuerso. semp igit in talibus motibus est quedã irregularitas: qꝛ nõ sunt eque ueloces in principio ꝛ in fine. solus aũt circularis talis est: qꝛ in se ipso: neqz principiũ neqz finis est aptũ natum esse: sed oia ista sunt extra u[?] intentio. celũ enim nec mouet ad centrũ nec a cẽtro: ideo nec mouet a principio nec ad finẽ: sed solũ mouet circa cẽtrum qđ est aliquo mõ pn^{m} ꝛ finis. motus g̃ ipius nõ fortificat uel debilitat ex remotione a pn° uel ex appropinq̃tione ad finẽ. amoqꝛ semp equaliter distat a centro semp eq̃liter ꝛ regul'r mouebit. cum g̃ motus regularis semp debeat esse ꝑmus motuũ: opz circularẽ esse pͫ. ¶ Notãdũ aũt ꝙ mot⁹ nãlis icipit a quiete violenta. violẽtus ṽo a quiete nali. Nãlis ergo motus quãto plus distat a quiete a qua icipit plus ꝛ ꝓpinquat centro ꝓpter qđ semper fortificat motus eius ex remotiõe a quiete a qua incipit. in violento ergo e conuerso est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod autem fm locũ mutatio primus motuuz est: testantur omnes quicũqz de motu fecerunt memoriam. Principia enim tradunt ipsius mouentibus fm huiusmodi motũ. Disgregatio autem ꝛ cõgregatio motus fm locum sunt: sic enim mouẽt cõcordia ꝛ discordia. Hec qdem enim disgregat: illa autem ꝯgregat: ꝑoꝝ autẽ intellectũ ait anaxagoras disgregare mouẽtem ꝑus. Similiter autem ꝛ quicũqz huiusmodi qdem neqz vnã causaz dicũt ꝓpter uacuum autez moueri dicũt Et nãqz hi fm locuz motum nã moueri dicũt. Motus enim ꝓpter uacuũ loci mutatio est: ꝛ sicut in loco: alioꝝ autez neqz vnuz inesse primis corpibus: sed his que sunt ex his opinantur. Augmẽtari enim ꝛ corrumpi ꝛ alterari cõgregatis ꝛ disgregatis athomis corporibus dicũt. Eodez autem modo quicũqz propter dẽsitatem aut raritatem instruunt generationem ꝛ corruptionem. Congregatione enim ꝛ disgregatione hec componunt.

¶ Postq̃ ostẽdit ꝙ motus localis est ꝑmus motuũ ꝛ declarauit ꝙ aliqs motus localis sit primus motuũ. in pte ista ostẽdit ꝙ hinc siue ꝙ motus localis sit ꝑmus motuũ ꝯcordant testimonia alioꝝ. Circa qđ tria facit. qꝛ ꝑmo ꝓbat hoc per testimonia antiquoꝝ phoꝝ. 2° ꝓbat hoc per testimoniũ platonis. 3° ꝓbat hoc testimonio coiter loquẽtiũ. 2ª ibi [amplius aũt.] 3ª ibi [ꝛ ꝓprie aũt.] Dicit ergo ꝙ aũt mutatio fm locum sit primus motuũ testãtur oẽs qcũqz de motu fecerunt memoriaz. Nam ipsi phi tradũt mouẽtibus pͫ pͣ ͫ ipsius motus fm huiusmodi motum. posuerãt enim talia ꝑncipia motus que erant principia motus localis. Naz disgregatio ꝛ cõgregatio sunt principia motus fm locuz. ꝙ aũt talia principia ponerẽt antiq phi pz primo per Empedo. Nam sic mouẽt concordia ꝛ discordia. Nam ipsoꝝ ꝑncipioꝝ mouẽtiũ fm Empedo. hec qdẽ .s. discordia disgregat. illđ aũt .i. ꝯcordia ꝯgregat. Ḧ etiã 2° pz per Anaxag. qm ait itelligẽtiã mo-

nentē prius.i.existentē pmā cām motus disgrega re.i.mouere disgregādo.z° hoc idē pz per Democritū z Leucippū.io aūt q̄ similr ɡcunq̄z neq̄z vnā cām dicūt hu̇.i.neq̄z dicunt vnā cām mot⁹ sine uacuo.ꝑpter uacuū aūt z in uacuo dicūt moueri z nā q̄ hi pbi ea que sunt dicūt moueri nā.i.nālr mo tū ɓm locū. Nam mot⁹ ꝑpter uacuum aut est loci mutatio:aut est mot⁹ sicut in loco.si ergo ponebāt uacuum ꝑpter locū.ꝯstat q̄ nō loquebanť nisi de motu locali.addit aūt q̄ aliorū autem motuū neq̄z vnū ꝯtingit inesse p̄mis corꝑibus:sed solū alij mo tus insūt his que sunt ex his.i.ex p̄mis corꝑibus. opinanť eniz augmētari z corrūpi z alterari corpa cōposita.sed h̄ dicūt fieri cōgregatis z disgregatis athomis corꝑib⁹.patet ergo per Demo. z Leucip pū p̄mū motū esse localē.eodē aūt mō hoc quesi to patet per quosdā naturaliter loquētes ut sunt il li genq̄z.ꝑpter densitatē z raritatē instrumēti.i.prepa rāt ut habet alia littera generationē z corruptionē nā densitas z raritas est qdā ꝯgregatio segregatio per cōparationē q̄ z segregationē z per ꝯñs p mo tum localē cōponūt h̄ que sunt gñabilia z corrupti bilia. ¶ Notandū aūt q̄ cū oēs pbi p⁹ ꝑn⁹ motus ponerēt mouē ɓm motū localē esse p̄ᵐ motū.ꝯgre gare eni z disgregare sunt qdā motus localis.his aūt motib⁹ saluabāt oēs alias trāsmutatiōes z ɓm hos mot⁹ ponebāt p̄mā ꝑn⁹ motiua q̄ nō esset nisi mot⁹ localis esset p̄mus motuū. ¶ Notādū autē q̄ ꝑpter uacuū aut est loci mutatio aut est motus sicut in loco.aliq eni antiquorū primo q̄si coiter anti qui pbi posuerūt uacuū z locū idē re.differre aūt rōne solū q̄ si sic est moueri in uacuo est moueri in loco z moueri ꝑpter uacuum est ipsa loci mutatio Demo.igitur z Leucippus qui neq̄z vnaz aliā pri mā cām motus posuerūt nisi uacuū oportebat di cere motū localē qui fit ꝑpter uacuū esse p̄ᵐ motū. ¶ Notādū etiā q̄ ɓm Demo. z Leucippū primis corꝑib⁹ ut ipsis athomis nullus mot⁹ ꝯueniebat ni si localis sed alijs que cōponebanť ex athomis al terabanť etiā z augmētabanť z alias transmutatio nes patiebanť ex ꝯgregatione z disgregatiōe atho morū.q̄re si solus motuz localis ɓm eos ꝯueniebat primis corporibus oportebat ipsos dicere motuz huiusmodi esse primum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius aūt z preter hos aiam cām fa cientes mot⁹ ipsum seipm eniz mouens. Principiū esse dicunť eorū que mouenť. Mouebit aūt animal z omne animatuz ɓm eum qui est ɓm locum.

¶ Adducit ad hoc testimoniū Platonis dicēs.am plius aut preter hos faciētes aliā cām mot⁹ q̄ cō gregationē z segregatiōē uel q̄ uacuū cuiusmodi fuerūt platonici qui ipm seipm mouēs dixunt esse p̄ᵐ eorū que moueńť.ꝯstat aūt q̄ z hi motū loca lem ponunt primū motū.aū aial z omne aiatū z oē mouēs seipz mouebit ɓm eū motū q est ɓm locū z ɓm p se trāsmutatiōē localē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et proprie aūt moueri dicimus solū qđ mouetur ɓm locū motū. Si aūt quiescat qdē in seipso:augmētetť aūt aut detrimen tum patiatur aut alterū contingit quodā modo moueri. Simplr aūt moueri nō di cimus. Qđ quidez igiť semp mot⁹ erat z erit omni tpe z qđ principiū perpetui mo tus. Adhuc autez qs mot⁹ primus:z quē motū perpetuū cōtingit esse solum z pri mum mouens qđ imobile sit dictum est.

¶ Adducit ad hoc idē testimoniū coiter loquētiū di cēs q̄ ꝓprie aūt moueri supple ɓm cōem usum lo quēdi solum dicimus q̄ moueť motum ɓm locū.si aūt quiescat quidē in ipso loco z nō moueť locali ter.augmētať aūt aut decremētū patiať h⁹ aliet a tū aut augmētatū ɓm cōem usum loquēdi ꝯtingit moueri quodāmō.simplr aūt nō dicimus ipz mo ueri qđ nō esset nisi motus localis ɓm cōem acce ptionez esset primus z p̄ncipalis mot⁹. ¶ Ultimo epilogat circa determinata dicēs q̄ quidē igiť mo tus semp erat z erit omni tpe z qđ est aliqđ p̄ncipi um perpetui mot⁹. adhuc aūt qs est mot⁹ prim⁹ z q̄ motū solū ꝯtingit esse perpetuū z q̄ primū mo uens sit imobile dictū est a nobis ut pz per habita.

Lectio.XXVII.

Quod aūt hoc necesse est impartibi le esse z nullam habere magnitu dinem nunc dicamus:opponētes primum de prioribus ipso.

